This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Google

Jest to cyfrowa wersja książki, która przez pokolenia przechowywana byla na bibliotecznych pólkach, zanim zostala troskliwie zeskanowana przez Google w ramach projektu światowej biblioteki sieciowej.

Prawa autorskie do niej zdążyly już wygasnąć i książka stala się częścią powszechnego dziedzictwa. Książka należąca do powszechnego dziedzictwa to książka nigdy nie objęta prawami autorskimi lub do której prawa te wygasly. Zaliczenie książki do powszechnego dziedzictwa zależy od kraju. Książki należące do powszechnego dziedzictwa to nasze wrota do przeszlości. Stanowią nieoceniony dorobek historyczny i kulturowy oraz źródlo cennej wiedzy.

Uwagi, notatki i inne zapisy na marginesach, obecne w oryginalnym wolumenie, znajdują się również w tym pliku – przypominając dlugą podróż tej książki od wydawcy do biblioteki, a wreszcie do Ciebie.

Zasady użytkowania

Google szczyci się wspólpracą z bibliotekami w ramach projektu digitalizacji materialów będących powszechnym dziedzictwem oraz ich upubliczniania. Książki będące takim dziedzictwem stanowią wlasność publiczną, a my po prostu staramy się je zachować dla przyszlych pokoleń. Niemniej jednak, prace takie są kosztowne. W związku z tym, aby nadal móc dostarczać te materialy, podjęliśmy środki, takie jak np. ograniczenia techniczne zapobiegające automatyzacji zapytań po to, aby zapobiegać nadużyciom ze strony podmiotów komercyjnych.

Prosimy również o:

- Wykorzystywanie tych plików jedynie w celach niekomercyjnych
  Google Book Search to usluga przeznaczona dla osób prywatnych, prosimy o korzystanie z tych plików jedynie w niekomercyjnych celach prywatnych.
- Nieautomatyzowanie zapytań
  Prosimy o niewysylanie zautomatyzowanych zapytań jakiegokolwiek rodzaju do systemu Google. W przypadku prowadzenia badań nad tlumaczeniami maszynowymi, optycznym rozpoznawaniem znaków lub innymi dziedzinami, w których przydatny jest dostęp do dużych ilości tekstu, prosimy o kontakt z nami. Zachęcamy do korzystania z materialów będących powszechnym dziedzictwem do takich celów. Możemy być w tym pomocni.
- Zachowywanie przypisań
  Źnak wodny"Google w każdym pliku jest niezbędny do informowania o tym projekcie i ulatwiania znajdowania dodatkowych materialów za pośrednictwem Google Book Search. Prosimy go nie usuwać.
- Przestrzeganie prawa
  W każdym przypadku użytkownik ponosi odpowiedzialność za zgodność swoich działań z prawem. Nie wolno przyjmować, że skoro dana książka zostala uznana za część powszechnego dziedzictwa w Stanach Zjednoczonych, to dzielo to jest w ten sam sposób traktowane w innych krajach. Ochrona praw autorskich do danej książki zależy od przepisów poszczególnych krajów, a my nie możemy ręczyć, czy dany sposób użytkowania którejkolwiek książki jest dozwolony. Prosimy nie przyjmować, że dostępność jakiejkolwiek książki w Google Book Search oznacza, że można jej używać w dowolny sposób, w każdym miejscu świata. Kary za naruszenie praw autorskich mogą być bardzo dotkliwe.

Informacje o usłudze Google Book Search

Misją Google jest uporządkowanie światowych zasobów informacji, aby staly się powszechnie dostępne i użyteczne. Google Book Search ulatwia czytelnikom znajdowanie książek z calego świata, a autorom i wydawcom dotarcie do nowych czytelników. Caly tekst tej książki można przeszukiwać w internecie pod adresem `http://books.google.com/`

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

MATRICVLARVM

REGNI POLONIAE

SUMMARIA.

Poland. Metryka Koronna.

MATRICVLARVM REGNI POLONIAE

SUMMARIA,

excussis codicibus, qui
in Chartophylacio Maximo Varsoviensi
asservantur,

contexit indicesque adiecit

Theodorus Wierzbowski.

Pars I
Casimiri IV regis tempora complectens
(1447 — 1492).

Impensa facta e Thesauro
in Iosephi Mianowski medicinae doctoris honorem
ad iuvanda litterarum studia constituto.

52 V B-3

Pu.-Fo. Acc. 45.

50 H+ 111

VARSOVIAE.
TYPIS OFFICINAE C. KOWALEWSKI,
quae est in plateae Masoviae aedibus VIII.
MCMV.

CD 1742
.M4

3 - APR 18
Copy ____ 1951

Дозволено Цензурою,
Варшава, 10 Мая 1905 г.

Praefatio.

Matriculas regni Poloniae, sive inveterata matricis vocabuli depravatione „metricis" atque adeo „metrices libros", quae quidem phrasis apud nostrates invaluit, antiquitus eos dicebant codices, in quos regii tabularii scribae, causis ipsis iam antea regi a viris ordinis senatorii dignitatisve alicuius curialis, plerumque autem a cancellario vel vicecancellario expositis, litteras absolutorias, privilegia instrumentaque omne genus, quotquot regis nomine foras dabantur, nunc totidem verbis perscripta, nunc ad indicis modum redacta transferebant. Relata sunt in matrices illas etiam adventicia scripta aliquotiens, nec non pactarum cum altero quodam regno condicionum exempla, variaque de rebus publicis, praesertim gravioribus, diplomata.

Quo vero tempore huiusmodi libri coepti sint confici, prorsus incertum est. Exstant quidem summaria litterarum et privilegiorum, a ducibus Masoviae donatorum, quae ad annum 1416 pertinent; unde similem scriptionem multo prius in regum Poloniae tabulario usurpatam fuisse iure coniecerunt. Verum tamen codicum omnium, ut hoc verbo utar, matricularium, qui in Chartophylacio Maximo Varsoviensi asservantur, vetustissimus annum 1447, cuius anni mense Iunio Casimirus IV regali diademate est cinctus, neque ea parte videtur antecessisse, qua hodie truncatum versamus.

Etenim superiorum temporum homines cum non eandem, quam nos, curam adhibuerint, ut rerum memoria, quae litteris esset mandata, ab omni labe vindicaretur, mirandum non est, quod ne unus quidem e quinque codicibus, quos rege illo regnante conscriptos habemus, pristinum tegumentum suum servavit: quin etiam non ante saeculum XVIII medium conglutinata folia libri cuiusque haec existimaverim accepisse, quibus nunc sunt instructa, opercula, vulgari corio fulvi coloris obducta. Plagulas complures dudum periisse, reliquas iam tunc corrosas fuisse, cum codices compaginarentur, manifestum est. Neque in illis aut temporum, aut rerum ordo tenetur ullus, neque in actis exscribendis materiaque digerenda via ac ratione proceditur; immo folia aliunde inserta et paginas vacuas fere in omnibus invenias codicibus.

Primum inter eos libros locum ille obtinet, qui novissima ordinatione X-us nuncupatur, cum saeculo XVIII medio notis, quae sunt „7 G", signatus fuerit. Est autem millimetrorum in altitudinem ducentorum nonaginta, in latitudinem ducentorum decem, foliorum vero 140. Continet acta actorumque summaria circiter 260, annis ascribenda 1448—1454.

Liber XI-us (0,308 × 0,252 m.), olim notis, quae sunt „3 C", signatus, foliorum est trecentorum et 21. Exaratus fuit per annos 1456—1466; complectitur acta, actorum summaria, adnotationes circiter 700. Desunt paginae 302—317, cum publice sint traditae Petropoli 16 Augusti anni 1799 curatori eius negotii Rossico per Jacstein quendam, qui regis Borussici nomine libros matricularum regni Poloniae acceperat. Descripta leguntur in foliis illis, nunc Mosquae in Chartophylacio Ministerii Iustitiae reconditis, privilegia, quae Hedvigis regina de ducatu Ostrog Volhiniensi ac Vladislaus II de ducatu Ostrog et Zasław deque adiectis regno Poloniae ducatibus Ostrog, Zasław, Chlapoczyn, Zwan, Tristanicz, Krasnoie, Trupnie et Korcz promulgarunt.

Liber XII-us (0,298 × 0,206 m.), olim notis, quae sunt „5 E", signatus, foliorum est 250, spectat ad annos 1471—1476. In rerum distributione concinnior, in litteratura constantior, suppeditavit itidem huic editioni circiter 700 actorum summaria.

Liber XIII-us (0,212 × 0,152 m.), olim notis, quae sunt „6 F", signatus, peculiare id habet, quod hanc authenticam in folio primo servavit inscriptionem: „Regestrum venerab[ilis] Crzeslai de Curozwan[ky], decani Gnesnensis, [Craco]vyensis et Wla[dislaviensis] Ecclesiarum c[anonici secretarii]que Maiestati[s Regiae] supremi de A[nno] Millesimo Qua [dringente]simo septuagesi[mo .....]". Sequuntur usque ad folium 27 litterae litterarumque summaria ad annum praecipue 1479 pertinentia, admixtis tamen nonnullis aetatis prioris inferiorisque. Foliis 28—40, quorum pars vacua remansit, varia adnotantur. Incipit deinde „Liber quitantiarum per Mtem Regiam sub relatione ven. Creslai de Curozwanki, decani Gnesnensis, regni Poloniae cancellarii, datarum de anno 1488", qui usque ad folium 151 continuatur. In ultimis 29 foliis huius codicis nil nisi observationes varias vacuasque paginas invenimus. In calce libri adiecta erant aliquando epistolia quaedam idiographa sive mandata regis brevissima, Creslao de Curozwanki, regni cancellario, inscripta: quorum duo tantum (Nr. Nr. 1640 et 1667) non interiere. „Liber quitantiarum" iam anno 1897 Varsoviae editus est (Teki A. Pawińskiego, vol. II). Reliquus codex praebuit nobis circiter 70 adnotationes et litterarum summaria.

Superest, ut de libro XIV-to dicatur. Millimetrorum est ille 308 in altitudinem, 210 in latitudinem. Designabatur olim notis, quae sunt: „2 EE". Exhibet in primo folio, tituli instar, verba haec: „Annus Domini millesimus quadringentesimus nonagesimus secundus". Nihilominus anno eo conscripta sunt modo quattuor prima codicis folia, quintum autem signatur numeri nota, qui est „15", quod et ipsum pro vestigio prioris cuiusdam paginarum computationis accipiendum. Continuantur abhinc instrumenta annorum 1478—1490. Insunt libro folia 214. Subministravit ille huic editioni circiter 470 summaria.

Ex his, quae praemisimus, evidenter apparet, non paucos codices matriculares, qui Casimiri illius temporibus perscripti sunt quosque ultra saeculum XV-um durasse verisimile est, postea esse desiisse. Utrum autem eos annorum invidia paullatim corruptos ac denique exesos, an incendio absumptos, an hominum incuria deperditos esse sta-

tuamus, deficientibus indiciis discernere non ausim: quamquam a Suecis eos s XVII medio asportatos esse ac mox per belli vicissitudines periisse facile suspicer

Quaecumque in his, qui aetatem tulerunt, quinque codicibus deprehendim ne tantillo quidem omisso, in editionis nostrae emolumentum excerpsimus, omni actorum summariis nec minus annotationibus omnibus conscriptis, suum quaeque num retulimus. Monendum autem, sicubi duo plurave instrumenta iisdem tempori que notis insignita occurrant, traditum in codicibus actorum ordinem a nobis s Ad extremum rerum, personarum, locorum adiecimus indices, quorum ope hunc, q manus hominum ususque publicos damus, librum ad horum studiorum naturam acc datiorem fore confidimus.

Litterae authenticae, quarum exemplum vel saltem summarium in codicem rebatur, plerumque, ut supra dictum est, ex relatione virorum senatorio aut curi cio fungentium foras prodibant: hoc igitur quotiescumque in codice memoratu quoque significavimus. Qua in re usi sumus his notis:

B. = Beysath de Mokyke, curiae regiae marsalcus.
R. = Rex ipse vel regium mandatum „sub signeto" (id est, anulo sig obsignatum).
Rg. = Elisabeth, Casimiri IV uxor, Poloniae regina.
S. = Sophia, Casimiri IV mater, Poloniae regina.
W. = Woyschyk, supremus camerarius regius.
AO. = Andreas de Sprowa Odrowąż, palatinus Russiae et capitaneus I liensis.
AP. = Andreas Oporowski, episcopus Praemisliensis et regni vicecance
AZ. = Albertus de Żychlin, regni vicecancellarius.
CK. = Creslaus de Kurozwanki, supremus secretarius regius et regr cellarius.
FP. = Florianus de Pacanow, subdapifer Cracoviensis.
GL. = Gregorius de Lubrancz, regni vicecancellarius.
HR. = Hincza de Rogowo, castellanus Rosperiensis, deinde Siradien regni vicethesaurarius vel thesaurarius.
JB. = Joannes Luthek de Brzezie, regni vicecancellarius.
JC. = Joannes de Czyżew, castellanus et capitaneus Cracoviensis.
JD. = Jacobus de Dambno, regni cancellarius.
JG. = Joannes Gruszczyński, regni vicecancellarius, deinde cancellariu
JK. = Joannes de Koniecpole, regni cancellarius.
JS. = Jacobus de Sienno, praepositus Cracoviensis.
JT. = Joannes de Tęczyn, decanus Cracoviensis.
MK. = Michaël Kiesgalowicz, palatinus Vilnensis et MDLithuaniae cance
PO. = Petrus de Sprowa Odrowąż, palatinus et capitaneus Russiae.
PP. = Petrus de Szamotuły, castellanus Posnaniensis.
PS. = Petrus de Szczekociny, regni vicecancellarius.
SK. = Stanislaus de Kurozwanki, supremus secretarius regius, deind cancellarius.

SL. = Sbigneus de Olesnica, supremus secretarius regius, deinde vicecancellarius.
SO. = Stanislaus de Ostrorog, palatinus Posnaniensis.
VG. = Vincentius Gosławski, episcopus Culmensis.
ZT. = Zaklika Tarło de Szczekarzowice, incisor regni et capitaneus Striensis.

Praeterea haec compendia scripturae adhibuimus:

NB. = adnotationes, instrumentis quibusdam in codicibus subscriptae.
n. = notabilia varia in codicibus enarrata indeque ad verbum descripta.
r. = „regestum", quo tantum non ipsa instrumenti epitomati verba in codice exstare denotatur.
b. = bohemice scriptum.
g. = germanice scriptum.
fam. = famosus.
lab. = laboriosus.
nob. = nobilis.
prov. = providus.
ven. = venerabilis.

Numerus Romanus codicem matricularem, Arabicus folium paginamve codicis indicat. Lineola recta simplex (——), ibidem exstitisse litteras, ubi proxime praecedentes; iterata (——„——), eodem quoque die exstitisse, quo praecedentes significat; punctorum ordo (. . . . .) documento est, videri tantum litteras anno paullo ante memorato exstitisse.

Varsoviae, 3 Iunii 1905. *Th. W.*

1447.

1. *Calis, f. 4 in crastino Jacobi (26 iul.).* Casimirus rex Petro de Gnoyno, familiari suo, pro servitiis, officium subagasonatus in zuppis Bochnensibus ad vitam dat. R. X, 12.

2. *Posnania, f. 4 post festum . . .* (Petri ad vincula = 2 aug.). C. rex certorum bonorum in oppido Swyanczechow emptionem per abbatem monasterii . . . confirmat. JK. et PS. X, 18.

3. *Pobyedzysska, f. 6 post Petri ad vinc. (4 aug.).* C. rex differentias inter Lucam de Gorka, palatinum Posnaniensem et capitaneum Costensem, et cives Costenses, ratione interceptionis in gremio ecclesiae burgrabii Costensis ortas, complanat. JK. X, 11.

4. *Gnesna, f. 3 ante Laurentii (8 aug.).* C. rex ad petitionem Matthiae, abbatis Landensis, contractum emptionis laneorum et silvarum in villa Lukomya ab haeredibus de Coscze-lyecz confirmat. JK. X, 18.

5. *Brzescze, f. 2 in vigilia Assumptionis B. V. M. (14 aug.).* C. rex ad petitionem Joannis de Pilca in oppido eius Thiczin, districtus Praemisliensis, forum annuale pro festo Corporis Christi constituit. JK. X, 3.

6. —— „ —— C. rex ad petitionem Joannis et Nicolai germanorum de Granow forum septimanale in oppido eorum haereditario Zemyno constituit. X, 18.

7. *Lancicia, dominica infra octavas Assumptionis B. V. M. (20 aug.).* C. rex commutationem bonorum Vargoczino, Coszinicze et Galanski, in terra Cuiaviae et districtu Radzieioviensi, pro bonis regalibus Bronislaw, per patrem suum cum abbatissa ordinis Praemonstratensis in Ploczko factam, approbat. JK. X, 3.

8. —— „ —— C. rex Martinum priorem et fratres ord. praedicatorum Lanciciae circa iura balneationis et rasurae in balneo eiusdem civitatis conservat. JK. X, 4.

9. *Petricovia, f. 6 in crastino Bartholomaei (25 aug.).* C. rex villas Zayanczkowicze, Pruschinowicze, Podolye, Coprziwnicza, Trzaschkow, Tarnowa, Wylczekanthi, Dambrowa, Zawada et Dzurowo, districtus Sandomiriensis, Prandotae de Zayanczkowicze de iure polonico in ius srzedense transfert. JK. X, 14.

10. —— *dominica post Bartholomaei (27 aug.).* C. rex acceptis mutuo a Petro de Opporow, vexillifero Lanciciensi, 500 fl., eidem villam Donynow, districtus Covaliensis, administrandam committit. X, 8.

11. —— „ —— C. rex civibus Opoczensibus libertatem a solutione theloneorum et foralium ubique per regnum Poloniae, a rege Vladislao eis datam, confirmat. XIII, 26.

12. —— *f. 2 post Bartholomaei (28 aug.).* C. rex ad petitionem Hinczae de Rogowo, castellani Rosperiensis et thesaurarii regni, bona eius haereditaria Wta, Wycowy, Orlya et Nowemyasto, ad Coszmyn spectantia, de districtu Calissiensi in districtum Pysdrensem transfert. R. X, 11.

13. —— „ —— C. rex privilegium super advocatiam in oppido Szgerzs cum 2 molendinis, piscinis ac pascuis, cum Grodzisko penes fluvium, cum pratis usque ad Crothczycze et silva Miroschowyecz dicta, per Vladislaum, Dobrinensem et Lanciciensem ducem, Lanciciae, die

Joannis Baptistae anno 1345, comiti Samborio, thesaurario Lanciciensi, datum et combustum, ad petitionem Helmani, advocati in Szgerzs, innovat. JK. X, 13.

14. *Petricovia, f. 2 post Bartholomaei (28 aug.).* C. rex ven. Stanislao Roy, cancellario et thesaurario Sophiae, reginae Poloniae, pro serviciis, tertiam partem molendini, id est: tertiam mensuram et tertium denarium, ante civitatem Zarnoviensem situati, iure perpetuo donat. JK. X, 43.

1448.

15. *Sandomiria, f. 4 post Barnabae (12 iun.).* C. rex cives Vilnenses, tam ecclesiae romanae cultores, quam etiam ruthenos, merces vehentes, per totum Poloniae regnum, a solutione thelonei absolvit. JK. X, 15.

16. — *f. 4 ante Viti (12 iun.).* C. rex ad petitionem Stanislai Oszka de Ruscza villam ipsius Nyethuya cum sorte in Ruscza et sorte in Rzeczycza, consortis suae Annae, districtus Sandomiriensis, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 16.

17. *Niepolomicze, sabbato ante Joannis Baptistae (22 iun.).* C. rex ad petitionem Stagnei de Schumsko, villas ipsius Myechouicze et sortem in Nyaschachouicze Cracoviensis, necnon Radastow, Medzwedz et sortem in Kaczycze Sandomiriensis districtus de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 17.

18. *Lublin, f. 6 in octava Corporis Christi (24 iun.).* C. rex, pro servitiis Joannis de Pilcza, in oppido eius Lanczuth, districtus Praemisliensis, forum annuale 7 dierum pro festo s. Adalberti constituit. JK. X, 13.

19. — „ — C. rex, attendens obsequia et merita Prandotae de Conin, familiaris et continui commensalis Sophiae, Poloniae reginae, eidem domum et totam aream regiam in castro Cracoviensi inter domos Barthossii de Gora, iudicis et burgrabii Cracoviensis, ab una, et nob. Baran parte ab altera sitam, quam prius nob. Beata possidebat, iure perpetuae donationis cedit. S. JK. PS. X, 15.

20. *Cracovia, f. 6 in vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* C. rex Nicolao Sobawszky de Cleprzad, Nicolao Siemyers, Joanni Hempel et Marco Wayl, civibus Cracoviensibus, ius quaerendi metalla, eademque fodiendi cum additione, quod ad decursum anni de proventibus non tenebuntur respondere, concedit. JK. X, 38.

21. — *sabbato ipso die Petri et Pauli (29 iun.).* C. rex oppidum Wawyelnicza, ad petitionem civium eiusdem, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 2.

22. — *dominica in crastino Petri et Pauli (30 iun.).* C. rex in oppido Lublin fora annualia pro festis Purificationis M. V., Pentecostes, Assumptionis ac Simonis et Judae constituit. JK. X, 26.

23. — *f. 3 die Visitationis V. M. (2 iul.).* C. rex venditionem domus in Stradomia Joanni de Oleschnicza, palatino Sandomiriensi, per Grothum de Ostrow, tenutarium Casimiriensem, pro 200 marcis confirmat. X, 20.

24. — *f. 6 infra octavas Visitationis V. M. (5 iul.).* C. rex pro servitiis Joannis alias Czopek de Saan, donationem 100 marcarum in zuppis Vieliciensibus ei per Vladislaum, Poloniae et Hungariae regem, inscriptam, ratificat. JK. X, 2.

25. — *sabbato infra octavas Visitationis V. M. (6 iul.).* Bernardus, dux Opoliensis, nomine suo et nepotis sui Boleslai, treugas pacis certis sub conditionibus cum Casimiro rege initas observare, literasque de hac re, suo et nepotis sui sigillis obsignatas, in manus Petri Schafranyec de Pyeschcowa Scala, succamerarii Cracoviensis, in Badzin per nuntios suos remittere promittit. X, 19.

26. — „ — C. rex treugas pacis, cum Bernardo et Boleslao, Opoliae ducibus, a festo s. Margarethae anni 1448 ad idem festum anni 1449, certis sub conditionibus initae, observare promittit. X, 19.

27. — „ — C. rex hospitale s. Hedvigis in Stradomia a solutione annua 24 grossorum et ab omnibus laboribus absolvit. HR. X, 40.

28. — *dominica infra octavas Visitationis V. M. (7 iul.).* C. rex cives Lublinenses ob damna ignis a solutione pontalium in Lancznya et metretarum in Bresch ad decennium absolvit. JK. X, 20.

29. — „ — C. rex Joanni de Oleschnicza, palatino Sandomiriensi, aream pro coquina domus eius in arce Cracoviensi, ex adverso domus vicariorum sitam, pro servitiis donat. JK. X, 21.

30. — *feria 2 in octava Visitationis V. M. (8 iul.).* C. rex pro servitiis Nicolao dicto Czoch de Cracovia molendinum regale, Thoczni mlyn dictum, ante portam Cracoviensem, dictam sutorum, in torrente Rudawa situm, donat. JK. X, 21.

31. — „ — C. rex Stanislaum B . . . de Cracovia, mercatorem et familiarem suum, a solutione theloneorum liberat. JK. X, 22.

32. *Bochnia, f. 3 ante Margarethae (9 iul.).* C. rex donationem tabernae Wlawik dictae, lab. Joanni dicto Banka de Marschowicze, per Stanislaum de Poddambicze, olim procuratorem generalem Cracoviensem, factam, confirmat. X, 42.

33. *Novacivitas, 17 iulii.* Epistola Friderici III imperatoris ad Casimirum regem, responsoria ad literas Lublini, feria 2 post octavas Corporis Christi (3 iunii) datas, in causa complanationis cum ducibus Silesiae. X, 27.

34. *Leopolis, f. 4 in vigilia Jacobi (24 iul.).* C. rex villam Magna Rozana, districtus Sciriczensis, in iure magdeburgensi locat, scultetiam Alexandro de Prochnyki donat et cmetonibus libertatem ad 12 annos concedit. JK. X, 22.

35. —— *f. 5 die s. Jacobi (25 iul).* C. rex ad petitionem Zavissii de Clischow partes haereditatum in Clischow et Chomatow, districtus Chancinensis, de iure polonico in ius sredense transfert. JK. X, 23.

36. —— *f. 6 in crastino Jacobi (26 iul.).* C. rex commutationem villarum Wolcowo et Cuhayowcze, districtus Leopoliensis, cum additione 420 marcarum, Nicolai de Wolcowo pro villa Surohow, districtus Chelmensis, Martini de Slawyno approbat. JK. X, 29.

37. —— *sabbato post Jacobi (27 iul.).* C. rex ad petitionem consulum oppidum Crasnepole, districtus Praemisliensis, de iure polonico in ius magdeburgense transfert et incolas a censibus ad decennium libertat. JK. X, 24.

38. *Myegges, die Petri ad vincula (1 aug.).* Epistola Joannis de Hunyad, regni Hungariae gubernatoris et Transilvaniae palatini, ad Casimirum regem, in qua compassionem suam ob dissensiones inter Heliam et Petrum, Moldaviae palatinos, denuntiat. X, 32.

39. —— *f. 6 post Petri ad vincula (2 aug.).* Epistola Joannis de Hunyad ad Casimirum regem, qua declarat quendam Mychalusconem forte in Moldavia degere, regemque hac de re Joannes Skalkowski, nuntius polonicus, clarius edocebit. X, 32.

40. *Halycz, dominica ante Dominici (4 aug.).* C. rex Christophoro de Sancto Romulo italo villas Maius et Minus Lubynye, districtus Grodecensis in Russia, iure perpetuo donat. JK. X, 26.

41. *Camyenecz, sabbato die Laurentii (10 aug.).* C. rex oppidum Snyathin, districtus Haliciensis, ad petitionem civium, de iure polonico in ius theutonicum transfert. JK. X, 28.

42. —— „ —— C. rex Nicolao Frysztukyel (Fryschkyel), Nicolao Messerschmid et Nicolao Dimicatori, civibus Bieczensibus, libertatem quaerendi mineras in terris regalibus et spiritualium, adinstar aliorum montanistarum, concedit. JK. X, 44.

43. —— *dominica in crastino Laurentii (11 aug.).* C. rex oppidum Thysmyenycze ad petitionem civium de iure polonico, ruthenico et quovis alio in ius magdeburgense transfert. JK. X, 28.

44. —— *f. 3. ante Assumptionis V. M. (13 aug.).* C. rex oppidum Czyrwonygrod de iure polonico et quovis alio in ius magdeburgense transfert. JK. X, 29.

45. —— *f. 5 die Assumptionis V. M. (15 aug.).* C. rex oppidum Smotricz de iure polonico in ius theutonicum transfert. JK. X, 30.

46. —— *sabbato post Assumptionis V. M. (17 aug.).* C. rex confirmat literas Joannis de Cziszow, castellani et capitanei Cracoviensis ac locumtenentis regii, datas in Popkowicze, sabbato ante Ramispalmarum (1 apr.) 1447, quibus nob. Albertus Stoczek impensas super labores in Stoczek et in Syrow pro 45 marcis nob. Joanni Pyerstenski vendidit. JC. X, 37.

47. —— „ —— C. rex militi suo Petro Mokrzski burgrabiatum castri Cracoviensis ad vitam dat. JS. X, 41.

48. —— „ —— C. rex Bernardo de Argentina locum pro molendino in fluvio Wysla in perpetuum dedit; si vero Bernardus sine liberis de hac luce migraverit, molendinum post mortem uxoris eius ad regem devolvetur. JC. X, 38.

49. —— *f. 2 infra octavas Assumptionis V. M. (19 aug.).* C. rex nob. Danilo vastitatem alias pustinya Horoszowcze ad fluvium Morachwa, in districtu Camenecensi, iure feodali perpetue donat. JK. X, 31.

50. —— „ —— C. rex consentit, ut Theodricus de Buczacz, castellanus et capitaneus Camenecensis, villam Oleximcze ad fluvium Sereth, in districtu Czerwonogrodensi Podoliae sitam, in qua 100 marcas inscriptas habet, Alexandro dicto Goworek de Chmyelowo resignet. JK. X, 30.

51. —— „ —— C. rex pro fidelibus servitiis nobb. Supion (Siupon), Havrilo Colczkowycz, Bakmon (Baknom) et Cnyestach (Nyestach) super vastitatibus dictis Lomasa ad fluvium Ladawe et alveario Paszyeka in districtu Camenecensi, 100 marcas inscribit, easdemque vastitates ad solutionem dictae summae in possessionem dat. JK. X, 31.

52. —— *f. 3 infra octavas Assumptionis V. M. (20 aug.).* C. rex Iwano Czurilo super vastitatibus Lachnowo, Syedlicze, Nababynye et Dolinye, in districtu Camenecensi, 50 marcas inscribit et ad solutionem in possessionem dat. JK. X, 33.

53. *Camycnyecz, f. 3, infra octavas Assumptionis V. M.* (*20 aug.*). C. rex nob. Nyeron super vastitate Sticzowo in fluvio Ladawa 50 marcas inscribit et ad solutionem in possessionem dat. JK. X, 33.

54. —— „ —— C. rex ad petitionem Laurentii Dlugosch, advocati de Colomia, literas Vladislai II de eadem advocatia anno 1405 datas confirmat. JK. X, 36.

55. —— „ —— C. rex debita fratris sui Vladislai regis 508 marcas cum 5 grossis et 100 marcas, suumque $125^1/_2$ marcas cum 1 grosso Paulo apothecario de Cracovia super censibus regalibus in Cracovia ad exigendum assignat. JK. X, 39.

56. —— „ —— C. rex cum consensu consiliariorum regni Petrum, palatinum Moldaviae, in suam tuitionem et protectionem suscipit. X, 41.

57. —— *f. 4 post Assumptionis V. M.* (*21 aug.*). C. rex Zaclicae alias Tarło de Sczekarzouicze, incisori regni, villam Daschowa ex utraque parte fluvii Brzeschnycza super silva nigra Bukowy lasch et mericam 100 laneorum circa praedictum fluvium, inter mineras in districtu Striovensi iacentes, cum additione certorum laneorum pro fundanda ecclesia iure perpetuo donat. JK. X, 95.

58. *Choczen, f. 5 in octava Assumptionis V. M.* (*22 aug.*). Petrus, palatinus Moldaviae, sequens vestigia Alexandri patrui, Heliae et Stephani, fratrum suorum, Casimiro, Poloniae regi, fidem servare promittit. X, 41.

59. —— „ —— Boiari, consiliarii et incolae Moldaviae pro fide a palatino suo Petro regi Casimiro praestita fideiubent. X, 41.

60. *Luczsko, f. 5 post Bartholomaei* (*29 aug.*). C. rex Hinczae de Rogow, castellano Rosperiensi et thesaurario regni, 3 centenaria salis, 3 tunnas rhumi et 3 mensuras salis de zuppis Vieliciensibus singulis 4 quadrantibus anni pro usu curiae eius in Cozmin Maiori accipiendas dat. JK. X, 40.

61. *Camyenyecz, f. 6 post Bartholomaei* (*30 aug.*). C. rex Imbramo de Chranstowo burgrabiatum Cracoviensem una cum domo supra valvam castri et censu 60 marcarum ad vitam dat. JC. X, 40.

62. (*Cracovia, 27 septembris*). Epistola praelatorum et baronum Poloniae ad praelatos et barones Hungariae: de vastatione terrae Scepusiensis a Pancratio, comite Liptoviensi, queruntur. X, 45.

63. ..... Quietatio Annae, relictae Zavissii de Lanka, super 2 bancos salis data. FP. r. X, 22.

64. ..... Quietatio Madlenczae, consorti Nosyonis, super 2 bancos salis. FP. r. X, 22.

65. ..... Quietatio Joanni de Zagorzani, magistro coquinae regiae, super 2 bancos salis. JT. r. X, 22.

66. ..... Quietatio Hinkoni de Kamyen, magistro coquinae reginalis, super 2 bancos salis. JT. r. X, 22.

67. ..... C. rex Floriano Dzebersky, cubiculario regio, villam Jaroslawka in districtu Camenecensi . . . (finis deest). X, 35.

68. ..... C. rex nobb. Daskoni et Syenkoni vastitatem Crynycza sub silva Sznyechorow et aliam in fluvio Morachwa, quam Rath tenuit, in districtu Camenecensi . . . (finis deest). X, 34.

69. ..... Epistola Casimiri Poloniae regis ad praelatos et barones Hungariae: amicitiam inter regna Hungariae et Poloniae commemorat, de Nicolao Pongracz, comite Liptoviensi, terrae Scepusiensi infesto, conqueritur, eumque coërcendum esse monet; Joannem Trzeska, qui Hungariam infestavisset, comprehendi se iussisse declarat. X, 45.

1449.

70. *In Lithuania, sabbato infra octavas Assumptionis V. M.* (*16 aug.*). C. rex nobb. Floriano et Petro, eorumque duobus filiastris, 20 marcas in villa Calen inscribit. r. XI, 140.

71. *Petricoviae, f. 6 in vigilia Luciae* (*12 dec.*). C. rex privilegium reginae Sophiae, matris suae, in Chaczini feria 5 ante Laetare (25 mar.) anno 1446 datum, donationem fundi pro aedificanda piscina in advocatia Radoscheviensi, in rem Petri, advocati in Radoschice, in se continens, confirmat. X, 46.

72. *In conventione Petricoviensi, dominica post Luciae* (*14 dec.*). C. rex villas Joannis Bogdanowski Bogdanowo et Bogdanowska Wola, in districtu Piotrcoviensi sitas, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 47.

73. *Bodzanczyn, f. 6 ante Thomae* (*19 dec.*). C. rex venditionem bonorum Byrcza et Lyppowo, districtus Praemisliensis, Georgio Matiaschowicz per Atanasium, vladicam Praemisliensem, et Jacobum de Byrcza, fratres patrueles, confirmat. JS. X, 47.

74. *Sandomiria, f. 6 die Stephani (26 dec.).* C. rex Grothum de Jankowicze consorti suae Elisabethae 800 marcas ratione dotis et dotalicii in medietate bonorum Jankowicze, Prusszy et Tominy, districtus Sandomiriensis, inscripsisse testificatur. X, 75.

75. —— *f. 3 infra octavas Nativitatis Dni (30 dec.).* C. rex confirmat literas Petri de Weschmunthow iudicis et Nicolai de Panchow subiudicis Sandomiriensium, Sandomiriae, f. 3 post Conversionis Pauli (28 ian.) anno 1449 datas, quibus Joannes alias Felix de Tarnow uxori suae Annae 2000 marcas ratione dotis alias possagu et dotalicii alias wyanya super bonis: Wyelyawyesz, Trzesznya, Szyedlyecz, Panczslawicze, Zdakow, Crzemyenicza et in partibus bonorum Przisszow, Grambow, Sobow et Jaszlany, districtus Sandomiriensis, super domo in Sandomiria et super villis Solyecz, Godawa et Slupyecz, districtus Visliciensis, inscripsit. JK. X, 48.

76. —— „ —— C. rex confirmat literas Petri de Weschmuthow et Nicolai de Panchow de data ut supra, continentes in se declarationem Joannis alias Felicis de Tharnow et Wyelyawyesz consortem suam Annam in bona haereditaria sua thesaurum in auro, argento, gemmis valoris 2000 marcarum praeter dotem et res expeditionales alias wyprawy importasse. JK. X, 48.

1450.

77. *Sandomiria, die Circumcisionis Dni (1 ian.).* C. rex confirmat literas Petri de Weschmuntow iudicis et Nicolai de Panchow, subiudicis Sandomiriensium, in Radom f. 3 post Ramispalmarum (19 mar.) anno 1448 datas, quibus Petrus alias Miszlek bona sua Slawcow, sub oppido Skrzyn in districtu Radomiensi, pro 3 mansis possessionatis in villa Zycholin et additione 100 marcarum cum Matthia, abbate Suleioviensi, et conventu eius commutavit. JS. X, 49.

78. —— „ —— C. rex Sbigneo cardinali, successoribusque eius episcopis Cracoviensibus in villa Biszkupicze, ad fluvium Gelczew, in terra Lublinensi, oppidi iure theutonico locandi facultatem concedit. JK. PS. X, 90.

79. —— *sabbato post Circumcisionis Dni (3 ian.).* C. rex totam sortem villae Vyelyeborowicze, districtus Radomiensis, Joannis de ibidem haereditariae, aliasque villas et haereditates, quas idem Joannes coëmerit vel in obligatione tenuerit, de iure polonico in ius sredense transfert. ZT. X, 51.

80. —— *f. 2 in vigilia Epiphaniae (5 ian.).* C. rex bona Rudołowycze, Byestryowycze, Wanczkowycze, Wola Wangerszka, Zarzecze, Rosnyathowycze et Kysyelow, districtus Praemisliensis, de iure polonico in ius theutonicum transfert. JK. X, 50.

81. —— „ —— C. rex, ad petitionem reginae Sophiae, matris suae, mercatores et vectores, de terris Russiae per Hrubyeschow, Crasznystaw, Lublin, Kazimiriam, Radom stratis antiquis et consuetis cum mercantiis ambulantes, circa iura eisdem per Vladislaum, ducem . . . concessa, conservat. JK. X, 52.

82. —— „ —— C. rex bona Kosszow et Rossky, districtus Radomiensis, Joannis de Koszow haereditaria, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 53.

83. —— *f. 3 die Epiphaniae (6 ian.).* C. rex incolas civitatis Sandomiriensis, igne devastatae, ab omnibus oneribus, servitiis et exactionibus ad decursum 3 annorum libertat. JK. X, 52.

84. —— „ —— C. rex villas Podolany, Stoyanowicze, Cobyerzyn, Slawkowice, Maczeyow, Boczkowicze, in terra Cracoviensi sitas, Joannis de Oleschnicza, palatini Sandomiriensis, haereditarias, de iure polonico in ius sredense transfert. JK. X, 60.

85. —— „ —— C. rex villas Droschdzin, Vagleschin, Vagleschin Minor, Rambyechowa, Copayinya, Brescze, Podlaze, Sczepocz, Pyadzicow, Quaschow, Wiercziczow, Pascorka, Lutonicze, Mlogolicze, Biedrichowicze, Zukow, Oleschnicza, Leuartowicze, Suchczicze, Strzelcze, Campye, Pyeczenyaga, Boschouicze, Wolaboszchska, Zastawye, Wrzbka, Wycisdek, Dzewyathki, Scolenichow, Grzizikamyen, Unyeschka, Unyeschw, Breszniky, Zaludow, Iwaniska, Wyasdek, aliter Wyasdek Cuyawky, Dziwla, Vyasd, Boduschow, Midlow, Strzezonicze, Wyelagora, Gori Jaschicze, Jaronicze, Luczczycze et Chaczymow, in terra Sandomiriensi sitas, Joannis de Oleschnycza, palatini Sandomiriensis, haereditarias, de iure polonico in ius sredense transfert. JK. X, 59.

86. —— „ —— C. rex villas Hothlicze, Dysch, Naschwtow, Dambrawka, Camynka, Vola Naschutowa, in terra Lublinensi sitas, Joannis de Oleschnicza, palatini Sandomiriensis, haereditarias, de iure polonico in ius sredense transfert. JK. X, 60.

87. *Nova Civitas, die . . . infra octavas Epiphaniarum (7—12 ian.).* C. rex villas Kxangnicza, Ruczlow, Strzalkow et mediam partem villae Komorow, districtus Visliciensis, Namyerae de Kxangnicza et Nicolai de Karsy haereditarias, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 54.

88. *Cracovia, f. 4 post Purificationis V. M. (4 feb.).* C. rex villas Wyslawycze districtus Radomiensis et Bystczycze (Byczycze) districtus Lublinensis, Jacobi de Kelbow haereditarias, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 53.

89. —— *f. 5 die Agathae (5 feb.).* C. rex testificatur nobilem Groth recognovisse, quia uxori suae Elisabeth 800 marcas ratione dotis et dotalicii super bonis Jancovicze, Byenkowycze, Prussi et Comini inscripserit. JK. X, 51.

90. —— *f. 6 ante Invocavit (20 feb.).* C. rex, ad petitionem reginae matris Sophiae, dealbatorium alias blech inter castrum Biecense et civitatem Byecz construere permittit et pro aedificatione dealbatorii eiusdem, domorum et molendini robora, trabes et virgulta in silvis regalibus excidendi facultatem dat. JK. X, 56.

91. —— *f. 3 die Matthiae (24 feb.).* C. rex, ratione donationis per regem Vladislaum, fratrem suum, summae 20 marcarum Petro de Rzeschow, plebano in Sambor, Nicolao Seraphin, gladifero Cracoviensi, et aliis zuppariis mandat, ut eidem plebano, eiusque successoribus, plebanis legitimis, 10 marcas de zuppis Praemisliensibus singulis annis ad festum Paschae exsolvant. JC. XI, 74.

92. —— *f. 4 ante Reminiscere (25 feb.).* C. rex villam Gyebolthow districtus Cracoviensis, Spitkonis de ibidem haereditariam, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 57.

93. —— *f. 5 post Invocavit (26 feb.).* C. rex villam Mlodoczin districtus Radomiensis, aliasque villas, quas Nicolaus, vicecapitaneus Cracoviensis, acquirere poterit, de iure polonico in ius sredense transfert. JC. X, 61.

94. —— *sabbato ante Reminiscere (28 feb.).* C. rex literas Vladislai II, in Nyepolomicze die Martini Confessoris (11 nov.) anno 1393 datas, quibus sectoribus alias copaczom et laboratoribus salis zuppae Bochnensis iura et consuetudines, quondam per Casimirum III concessae, confirmatae sunt, approbat. JK. X, 58.

95. —— *f. 4 post Reminiscere (4 mar.).* C. rex villas Wola, Charzonicze, Zaganicze districtus Sandomiriensis et Blinow districtus Lublinensis, Joannis de Wola haereditarias, de iure polonico in ius sredense transfert. JC. X, 58.

96. —— *sabbato ante Oculi (7 mar.).* C. rex, ad petitionem incolarum, in oppido Jurgemberg, in terra Scepusiensi, fora annualia pro festis ss. Georgii (23 apr.) et Martini (11 nov.) 8 diebus celebranda instituit. R. X, 62.

97. —— *f. 2 post Oculi (9 mar.).* C. rex, ad petitionem Nicolai et Joannis, gladiferi Praemisliensis, fratrum germanorum, forum septimanale in oppido Crukinicze feria 4 qualibet septimana celebrandum instituit. PO. X, 62.

98. *Mstow, dominica Laetare (15 mar.).* C. rex thelonea Cracoviensia ad unius anni decursum nob. Joanni Marci, civi Cracoviensi, pro 1700 marcis et uno stamine panni bruxellensis arrendat. JK. X, 63.

99. —— „ —— C. rex villam Rydow, ad castrum Pilcza in terra Cracoviensi pertinentem, Elisabethae, consortis Boleslai, ducis Opoliae, haereditariam, de iure polonico in ius sremense transfert. S. X, 64.

100. —— „ —— C. rex nob. Christophoro de Sancto Romulo et Nicolao de Stradom theloneum Leopoliense a feria 2 post Judica (23 mar.) ad unius anni decursum pro 900 marcis (4 temporibus anni per 225 marcas solvendis) et stamine materiae dictae kaffthyr arrendat. JK. X, 35.

101. *Siradia, f. 4 die Annuntiationis V. M. (25 mar.).* C. rex differentias inter textores et pannicidas civitatis Vielunensis, occasione ducturae pannorum viliorum quam Vielunensia, quae pannicidae in detrimentum textorum in civitatem Vielunensem ad vendendum ulnatim continue inducebant, exortas disiudicat. JK. X, 71.

102. *Konin, f. 6 post Pascham (10 apr.).* C. rex, attendens varias displicentias inter pannicidas et textores Calissienses, certas dispositiones et privilegia pannicidis dat. JK. X, 64. NB. Huiusmodi privilegium seu literae etiam textoribus Calissiensibus a rege sub eadem data extraditae sunt.

103. —— „ —— C. rex molendinum Dambowy mlyn in districtu Coninensi super flumine Pocrzywnicza, Margarethae molendinatrici et filiae ipsius Catherinae ac filiis Joanni et Stanislao certis sub conditionibus, ad utilitates castri Coninensis augendas, de nova radice construere permittit. JK. X, 65.

104. *Nyeschovia, f. 3 die Vitalis (28 apr.).* C. rex, ad petitionem Petri Krąpyowyecz et Matthiae Strzezkowicz, scultetorum de Lekarzewicze, districtus Brestensis-Cuiaviae, privilegium super scultetiam ibidem, per Casimirum III concessum, renovat. JK. X, 65.

105. —— *sabbato ante Inventionis Crucis (2 mai).* C. rex, occasione controversiarum inter incolas civitatum Brest et Radzeow, propter venditionem pannorum ac rerum mercimonialium in foris septimanalibus, decretum fert, ac duo fora annualia pro festis ss. Stanislai

(8 mai) et Michaëlis (29 sep.) in civitate Brest celebranda instituit. JK. X, 66. NB. Sub eadem data et eadem forma datae sunt aliae literae oppidanis de Radzeow, dempto tamen articulo de foris annualibus.

106. *Gambycze, f. 3 die Gothardi (5 mai).* C. rex, volens egestati et inopiae oppidanorum de Gambycze consulere, a solutione foralium et theloneorum exactione per universum regnum eos absolvit. JK. X, 67.

107. *Gnesna, dominica Rogationum (10 mai).* C. rex Andreae, episcopo Posnaniensi, Bogussio de Oporowo palatino, Nicolao de Stiborze, castellano Junivladislaviensibus, et Joanni de Sprowa, decano Posnaniensi et secretario regio, mandatum ad recipiendum a Ludovico Erlichhausen, magistro Crucigerorum, iuramentum de observanda mutua pace dat. JK. X, 67.

108. —— „ —— Literae Casimiri regis ad Ludovicum Erlichhausen, magistrum ordinis Theutonicorum, ut coram legatis suis iuramentum corporale de conservanda pace praestet. JK. X, 67.

109. —— *f. 5 die Ascensionis Dni (14 mai).* C. rex incolis oppidi Gnyewkow iura et privilegia, a Zemoznislao, Cuiaviae duce, eis concessa approbat, dictumque oppidum de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. PS. X, 68.

110. —— *sabbato infra octavas Ascensionis Dni (16 mai).* C. rex, ad petitionem Joannis Craska de Lubnicza, capitanei Coninensis et pincernae Calissiensis, pro Dorothea de Waldow socera et Catherina consorte suis, in oppido ipsarum Cosminek, districtus Calissiensis, 2 fora annualia pro festis ss. Petri et Pauli (29 iun.) ac Simonis et Judae (28 oct.) singulis annis celebranda instituit. JK. PS. X, 69.

111. *Posnania, f. 3 ante Corporis Christi (2 iun.).* C. rex, ratione controversiae inter Joannem Cosczenski, rectorem ecclesiae parrochialis in Pysdri et capellanum regium ab una, ac Stanislaum Woyewoda, Joannem Corzeczny, aliosque molendinatores regales parte ab altera, decernit, ut molendinatores unam mensuram farinae siligineae a quolibet molendino rectori dictae ecclesiae pro quolibet festo s. Martini (11 nov.) dare debeant. HR. X, 70.

112. —— *f. 4 in vigilia Corporis Christi (3 iun.).* C. rex civitati Junivladislaviensi iura et privilegia per antecessores suos concessa renovat, dictum oppidum de iure polonico in ius theutonicum transfert, eidemque balneum civile cum omnibus proventibus, prata, pascua et medietatem fluvii Notess, incipiendo a graniciebus Sorlege ad Menthwy, a Menthwy in Cruscha, a Cruscha ad Pyotrkowycze et abinde usque in Lyszczycze donat. JK. PS. X, 70.

113. —— *feria 5 die Corporis Christi (4 iun.).* C. rex, cupiens, ut regina Sophia, mater sua, capellam in honorem SS. Trinitatis circa ecclesiam Cracoviensem aedificare possit, villam regalem Zyelonky, prope Cracoviam sitam, ab omnibus contributionibus absolvit et ministris in eadem capella ordinandis iure perpetuo donat. JK. X, 76.

114. —— „ —— C. rex Joanni Dolinsky villam regalem Czrzeschnyow, districtus Sanocensis, in 200 fl. hung., quos regina Sophia in paratis recepit, ad exsolutionem summae huius possidendam dat. JK. X, 88.

115. *Lancicia, f. 4 post Viti et Modesti (17 iun.).* C. rex incolis civitatis Junivladislaviensis libertatem excidendi robora in silvis regalibus, ad Bydgoscza et Gniewcow pertinentibus, pro structuris aedificiorum, tempore belli cum Crucigeris consumptorum, et pro usu domestico concedit. S. X, 71.

116. —— *f. 5 ante Joannis Baptistae (18 iun.).* C. rex, ad petitionem Vincentii de Sadowo, donationem haereditatis Sarzeschino per Vladislaum regem Posnaniae anno 1314 factam, confirmat. JK. X, 72.

117. —— *f. 6 post Viti et Modesti (19 iun.).* C. rex Joanni et Thomae Mscivii, fratribus germanis, haeredibus de Scrzynno, tenutariis Opocznensibus, ratione debiti 2000 marc. et 4000 fl. hung., ad exsolutionem istarum summarum, possessionem civitatis Opoczno et villarum ad ipsam pertinentium dat. JK. X, 73.

118. *Lublinum, sabbato in vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* C. rex, ad petitionem Petri de Minori Gorzgowicze, villam ipsius Gorzkowicze et sortem in Punczicze, districtus Petricoviensis, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 73.

119. —— „ —— C. rex testificatur Matthiam, abbatem Calvi Montis, cum suo conventu, piscinam cum molendino, supra piscinam regiam in fluvio Czechowka, prope civitatem Lublinensem sitam, Stephano, civi Lublinensi, pro 50 marcis vendidisse. FP. X, 72.

120. ..... C. rex, ad petitionem Lucae de Gorka, in oppido eiusdem Opole, in terra Lublinensi sito, forum septimanale singulis feriis quartis et forum annuale pro quolibet festo Assumptionis V. M. (15 aug.) instituit, idque oppidum de iure polonico in ius magdeburgense transfert (finis deest.). X, 54.

1451.

121. *Petricovia, in conventione generali, f. 2 festi Pentecosten (14 iun.).* C. rex, ad petitionem pro parte Annae, consortis Joannis dicti Primus, haeredis de Crayowo, villas Grozowska Vola, Stawowycze, Colischowy et Myedzwna, districtus Opocznensis, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 74.

122. —— „ —— C. rex pro fidelibus servitiis Thomae de Sobotha, iudicis Lanciciensis, in oppido eius Sobotha forum septimanale pro feriis quartis institutum in dies sabbati transfert. JK. X, 74.

123. —— *f. 5 infra octavas Pentecosten (17 iun.).* C. rex, occasione disceptationum inter cardinalem Sbigneum, episcopum Cracoviensem, et Vladislaum Oporowski, archiepiscopum Gnesnensem, ortarum, decernit, quod sedes metropolitana Gnesnensis et archiepiscopi primates in omnibus iuribus et praerogativis, quas ab antiquo super ecclesiam Cracoviensem habebant, in aevum conservari debeant. JK. PS. X. 75.

124. —— *f. 5 post Pentecostes (17 iun.).* C. rex de recipienda in toto regno minuta pecunia braccata decretum fert. XI, 398.

125. *Cracovia, dominica infra octavas Visitationis V. M. (4 iul.).* C. rex pro augmento bonorum regalium Nicolao molendinatori molendinum et tabernam certis sub conditionibus in haereditate regali Radoszycze aedificare permittit et certa prata eidem donat. PS. X, 82.

126. —— „ —— C. rex nob. Nicolao Sulimirski scultetiam cum 2 laneis ad construendum molendinum, omniaque emolumenta et mensuram in villa Nowawyesz, inter oppidum Radoszycze et villam Zaborowicze, iure haereditario donat. PS. X, 83.

127. —— *f. 3 post Procopii (6 iul.).* C. rex, facta ratione cum Joanne Marci, theloneatore Cracoviensi, eundem de summa $2273^1/_2$ marca, incipiendo rationem a dominica Laetare (15 mar.) anni 1450, quietat. JK. X, 77.

128. —— *die Margarethae (13 iul.).* C. rex, ad petitionem Joannis de Elgoth scholastici et Nicolai custodis Cracoviensium, aquam e lacu regali Nyeczecza per canalem in piscinam de novo in fundo monasterii in Szwierzinetcz faciendam ducere permittit. JS. X, 76.

129. —— *f. 5 die Divisionis Apostolorum (15 iul.).* C. rex differentias inter cives Cracovienses et Casimirienses, occasione venditionis salis, vulgariter czebrowka dicti, subortas, tali modo sopit, quod cives dictarum civitatum sal praedictum diebus forensibus in cameris ipsorum libere vendere poterint. JK. X, 76.

130. —— „ —— C. rex, ad petitionem Martini Girowo de Przibinicze, villas ipsius Przibinicze cum sorte 3 laneorum in Goschczyn, districtus Proschoviensis, Charzeuicze districtus Visliciensis, Ganouicze, Crzemeschnya, Poramba et Lanthownya districtus Cracoviensis, de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. PS. X, 77.

131. —— „ —— C. rex carnificibus civitatis Florentiae alias Cleparzs tot boves, quot in eorum macellis demactari poterint, de terris Praemisliensi et Jaroslaviensi directo tramite versus Cracoviam per Rzeschow et Ropczyce, sine quovis impedimento et thelonei solutione, pellendi facultatem concedit. JK. X, 78. NB. Similes literae sub eadem data etiam civibus Casimiriensibus et Cracoviensibus datae sunt.

132. *Nova Civitas Korczyn, f. 5 die Mariae Magdalenae (22 iul.).* C. rex, ad petitionem mercatorum Cracoviensium, mercatores extraneos, extra nundinas Cracoviae mercantias exercere volentes, prohibet. JK. X, 78.

133. —— „ —— C. rex discordiam inter consules, cives et sallicidas Cracovienses et Vielicenses, super venditione salis in depositorio Cracoviensi, determinat. JK. X, 78.

134. *Sandomiria, sabbato ante Petri ad vincula (31 iul.).* C. rex Petro de Vyschmuntow, iudici terrae Sandomiriensis, ripam regalem in parte piscinae regalis Stodoli ac alveum cum ripa a parte villae Stodoli usque ad piscinam Coschycze, villae praefati iudicis, pro erigenda piscina iure perpetuo donat. JK. X, 85.

135. *Praemislia, f. 2 in vigilia Bartholomaei (23 aug.).* C. rex Bartholdum alias Ozeg de Nakel ab expeditione bellica absolvit. JK. X, 81.

136. *Sambor, f. 2 post Aegidii (6 sep.).* C. rex Joannem Szadzicz de Hermanowicze ab expeditione bellica absolvit. JK. X, 81.

137. *Sambor (sine data).* C. rex Mariae, relictae Heliae, palatini Moldaviae, censum in zuppis Bochnensibus et Vieliciensibus, per Vladislaum, Poloniae et Hungariae regem, ei inscriptum, levandum confirmat. JK. X, 80.

138. —— „ —— C. rex in causa inter rectorem ecclesiae parrochialis s. Joannis Baptistae et cives Samborienses sententiam fert. JK. X, 80.

139. *Grodek, f. 5 in crastino Nativitatis V. M. (9 sep.).* C. rex, in honorem Assumptionis M. V., pro erectione claustri regulae s. Benedicti, locum in monte ante villam Stradecz, alias ruthenicum monastyer, in districtu Leopoliensi, Nicolao Forstek, fratri ordinis s. Benedicti de Calvo Monte, perpetuo donat. JK. X, 79.

140. *Dobrestany (locus venationum), f. 6 infra octavas Nativitatis M. V. (10 sep.).* C. rex Stanconi et Iwankoni Dauidouycz, sub conditione equitandi ad custodiam granitierum contra Tartaros, vastitatem Jacznyscza in districtu Leopoliensi iure perpetuo donat. B. X, 79.

141. *Parczovia, in conventione, f. 6 post Michaëlis (1 oct.).* C. rex Petro de Schamotuli, castellano Posnaniensi, facultatem oppidum regale Brodza districtus Costinensis, tenutae Nicolai Colenszki, et villam Lagewniki districtus Posnaniensis tenutae Andreae Gorziczki in summa, in qua obligata exsistunt, exemendi concedit et super iisdem bonis eidem Petro 200 marcas inscribit. JS. X, 85.

142. —— *f. 2 post Michaëlis (4 oct.).* C. rex Frankoni, Myeczslao et Alberto de Vylczepole, fratribus germanis, super eadem villa ius magdeburgense confert. r. X, 74.

143. —— *f. 5 post Francisci (7 oct.).* C. rex concordiam inter Goworek de Zdzyechow, subdapiferum Lublinensem, et Daszkonem de Cruhilye ac nepotem eius Miszkonem, occasione villae Czeschin, approbat. JK. X, 84.

144. ..... C. rex ius patronatus capellarum SS. Trinitatis in Nove Myasto et s. Nicolai in Vislicia reginae Sophiae confert (finis deest). X, 81.

145. ..... C. rex thelonea Cracoviensia ad decursum 3 annorum pro 1700 marcis nob. Joanni Marci, civi Cracoviensi, arrendat. X, 86.

1452.

146. *Lublinum, f. 4 in vigilia Ascensionis Dni (17 mai).* C. rex, occasione differentiarum inter Joannem de Sczekocyny, dapiferum et capitaneum Lublinensem, ac Nicolaum Czibulka, haeredem de Czechow, ex re molendini in Czechow, privilegium Casimiri III regis confirmat. X, 86.

147. *Sandomiria, f. 6 infra octavas Pentecostes (2 iun.).* C. rex, ad petitionem Matthiae Zadurka de Kyerz, privilegium super merica dicta Kyerz, in terra Lublinensi, antecessori eiusdem Jacobo Zadurka ea conditione, ut ad quamlibet expeditionem cum una balista servire debeat, per Casimirum III regem datum, confirmat. X, 85.

148. *Cracovia, f. 3 post Corporis Christi (13 iun.).* C. rex, ad petitionem fratrum de Lapide ordinis Carthusiensis, Strigoniensis dioecesis, eisdem annuatim pro festo s. Martini (11 nov.) 1 stamen panni albi, 1 tunnam halecum et 2 mensuras salis minuti ad tempora vitae suae dare promittit. JK. X, 87.

149. —— *f. 4 infra octavas Corporis Christi (14 iun.).* C. rex testificatur Jaxanum de Staromyescze Catharinae de Latoszinek, consorti suae, 500 marcas ratione dotalicii super villa sua Staromyescze districtus Przeworscensis inscripsisse. JK. X, 88.

150. —— *f. 6 post octavas Corporis Christi (16 iun.).* C. rex fratribus ordinis Carthusiensis de antiqua villa terrae Scepusiensis 2 tunnas halecum, 2 stamina panni swidnicensis albi, 12 centenarios bancati et 8 mensuras minuti salis anno quolibet recipiendas donat S. X, 87.

151. —— *f. 6 in vigilia Joannis Baptistae (23 iun.).* C. rex literas Joannis de Czyzow, castellani et capitanei Cracoviensis, in causa expurgationis ignobilitatis Joannis Grad de Woyczechow anno 1443 datas confirmat. JK. X, 88.

152. —— *f. 5 die Petri et Pauli (29 iun.).* C. rex, facta ratione cum tutoribus puerorum olim Joannis, theloneatoris Cracoviensis, a feria 4 post Procopii (7 iul.) anni 1451, quitantiam dat et se eisdem pueris 348 marcas debere recognoscit. JK. X, 91.

153. —— *dominica Visitationis V. M. (2 iul.).* C. rex Mathko, iudaeo Leopoliensi, theloneum Leopoliense ad decursum 2 annorum pro 1000 marcis annuatim solvendis arrendat. JK. X, 89.

154. —— *f. 2 in crastino Visitationis V. M. (3 iul.).* C. rex villas regales Crawlicze et Travoka districtus Radomiensis pro villis Sucha et Suthska Wola, Joannis de Potkanye haereditariis, ibidem sitis, commutat. JK. X, 92.

155. —— *sabbato infra octavas Visitationis V. M. (8 iul.).* C. rex, ad petitionem Nicolai de Zarogow, villam ipsius Bielany de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. PS. X, 92.

156. —— „ —— C. rex, ad petitionem pro parte Zavissii de Codramb, villas ipsius haereditarias Codramb ac Vola Codrambska districtus Radomscensis et Vydawka districtus Petricoviensis de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. PS. X, 94.

157. *Lancicia f. 3 post Alexii (18 iul.).* C. rex, ad petitionem pro parte Joannis de Leszczna, villam ipsius Lesczna, districtus Lanciciensis, de iure polonico in ius sredense transfert. B. X, 93.

158. *Nyeschova, sabbato post Jacobi (29 iul.).* C. rex decretum commissariorum in causa inter Catharinam, relictam Jacobi de Krzygy, castellani Rypinensis, filiumque eius Jacobum de Krzygy ac Smichnam, consortem Andreae de Rambyelino alias de Gulbini, tribuni Dobrinensis, et Barthosium cum Hedvigi, sorore eius germana, de ibidem, occasione lacus Dluschky, confirmat. JK. X, 93.

159. *Calissia, f. 3 infra octavas Assumptionis V. M. (15—22 aug.).* C. rex Joanni Parschlinski de Crzywe ripam pro piscinis faciendis in haereditate regali Olchowyecz districtus Crasnostaviensis donat. S. X, 94.

160. *Siradia, f. 6 die Aegidii (1 sep.).* C. rex villas regales Trawlicza et Chrawtka districtus Sandomiriensis pro villis Sucha et Suschka Wola, Joannis Pothkanski haereditariis, commutat et villam Chrawthka, Joanni Sczebzrny in 160 marcis obligatam, Hinczae de Rogow, castellano Rosperiensi et thesaurario regni, eximere ac dictam summam in villis Sucha et Suschka Vola inscribere permittit. JK. X, 96.

161. —— „ —— C. rex Andreae de Sdonska Wola, burgrabio castri Siradiensis, domum ab eo constructam ad monasterium s. Dominici et aream in civitate Siradiensi iure perpetuo donat. HR. X, 97.

162. —— *sabbato in crastino Aegidii (2 sep.).* C. rex, Nicolao Balinski, theloneatore Grodecensi et zuppario Drohobicensi, ab hoc officio recesso, Nathkoni iudaeo dictum theloneum et zuppam ad decursum 2 annorum pro 3500 marcis arrendat. JK. X, 91.

163. —— „ —— C. rex civibus Sandomiriensibus hanc praerogativam concedit, quod emethones, forum Sandomiriense visitantes, ratione mercantiarum coram advocato Sandomiriensi respondere debeant. JC. X, 96.

164. —— „ —— C. rex Stanislao de Ostrorog, castellano Gnesnensi, 20 mansos ex silva regali Mokow, circa villas eius Othoczna et Sandzywyewo demensurandos, iure perpetuo donat. HR. X, 97.

165. —— „ —— C. rex Michaëli Laszczky, succamerario Dobrzinensi et capitaneo Lanciciensi, villas Szczavin et Scheligy, in terra Lanciciensi sitas, de manibus Joannis, Alberti, Vincentii et Nicolai de Byelawy eximere permittit (finis deest). X, 97.

1453.

166. *Vienna, 12 iunii.* Litterae Vladislai, Hungariae regis, ad Casimirum, Poloniae regem, ut capitaneos meliori et maiori qua poterit gentium copia armatos in subsidium sibi mittat. X, 98.

167. *Petricovia, in crastino Petri et Pauli (30 iun.).* C. rex omnes iura, privilegia, literas, concessiones et donationes, in rem reginae Sophiae per Vladislaum II et Vladislaum III reges, ratione dotis et dotalicii factas, roborat. JK. X, 115.

168. —— *mense iunio.* C. rex omnia iura et privilegia incolarum regni Poloniae confirmat et sub honore praestiti iuramenti nullas terras, civitates et dominia ullo tempore a corona Regni alienare promittit. X, 6.

169. —— *dominica ante Visitationis V. M. (1 iul.).* C. rex Hriczkoni de Pomorzani, palatino Podoliae, 100 marcas per singulos 4 annos de theloneo Leopoliensi recipiendas inscribit. JK. X, 98.

170. *Cracovia, sabbato in vigilia Mariae Magdalenae (21 iul.).* C. rex theloneum pontale in civitate Pisdry per mercatores solvendum instituit. JK. X, 99.

171. —— *dominica Mariae Magdalenae (22 iul.).* C. rex theloneum pontale a mercatoribus exigendum in civitate Sandecz instituit. X, 100.

172. —— *f. 3 in vigilia Jacobi (24 iul.).* C. rex, ad petitionem Hinczae de Rogow, castellani Siradiensis, regni vicethesaurarii, capitanei Junivladislaviensis et tenutarii Pisdrensis, Joanni Hamerin (Hamerlin), civi Pisdrensi, molendinum equestre cum area, ante castrum Pisdrense, iure perpetuo donat. HR. X, 100.

173. —— „ —— C. rex ad petitionem eiusdem Hinczae de Rogow eidem Joanni Hamerlin molendinum aquaticum certis sub conditionibus iure perpetuo donat. HR. X, 101.

174. —— „ —— C. rex Joanni Hamerlin novum privilegium super advocatiam Pisdrensem extradere dignetur. JK. X, 102.

175. —— *f. 4 die Jacobi (25 iul.).* Indicatio certarum viarum pro mercatoribus et articulorum, de quibus observandis consules Cracovienses coram rege Casimiro et consiliariis ieus iuramentum praestiterunt. XI, 391.

176. *Cracovia, 1 augusti.* C. rex certos nuntios et commissarios at tractandum de matrimonio concludendo cum Elisabetha, sorore Ladislai, Hungariae et Bohemiae regis, designat. X, 103.

177. —— *12 augusti.* C. rex conditiones contractus matrimonialis cum archiducissa Elisabetha, ab oratoribus suis initas, ratas habet. X, 105; XI, 5.

178. *Vienna Austriae, 12 augusti.* Ladislaus, Hungariae et Bohemiae rex, Casimiro, Poloniae regi, 100000 fl. hung. ratione dotis in decursu 3 annorum plenarie solvere promittit. X, 106; XI, 7; XII, 51.

179. —— „ —— Ladislaus, Hungariae et Bohemiae rex, nuntios suos ad dietam Vratislaviensem pro 8 augusti ad ineundum cum Casimiri, Poloniae regis, oratoribus foedus affinitatis, matrimonii et parentelae designat. X, 107; XI, 5.

180. *Cracovia, 15 augusti.* C. rex contractum de solvendis 32000 fl. hung. hypothecae nomine cum Ladislao, Hungariae et Bohemiae rege, initum, approbat. JK. X, 104; XI, 9.

181. —— „ —— C. rex archiducissae Elisabethae ratione dotis 100000 fl. hung. super certis castris et villis, in terra Sandomiriensi sitis, inscribit. X, 104; XI, 8.

182. —— *f. 6 die Bartholomaei (24 aug.).* C. rex iura et privilegia, iudaeis terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis et Leopoliensis a rege Casimiro III donata, confirmat. PS. XIII, 20.

183. —— *f. 2 post Aegidii (3 sep.).* C. rex Joanni de Chranstow ripam fluvii Studzenyecz in haereditate regia Malynye, in terra Sandomiriensi, iure perpetuo donat. JC. X, 109.

184. —— *f. 3 ante Nativitatis V. M. (3 sep.).* C. rex Georgio, collegiatae Sandomiriensis decano, archipraesbytero S. Mariae in Cracovia et fratribus eius, successoribus Georgii Szwarcz, 1000 marcas et 3000 fl. hung. (cum annuali censu 310 marcarum), ratione cedendi trium molendinorum, civitati Cracoviensi adiacentium, super censibus de custodia piscium et de macellis carnificum inscribit. JK. X, 109.

185. *Nova Civitas, f. 4 post Aegidii (5 sep.).* C. rex ad petitionem Stiborii de Chelm alias de Ponyecz privilegium super theloneo in Ponyecz, per aquae inundationem absorptum, renovat. JK. XII, 213.

186. *Brodnya, f. 4 ante Nativitatis V. M. (5 sep.).* Ludovicus, Bavariae dux, unionem et concordiam cum Casimiro, Poloniae rege, confirmat, subditosque eius suis in regionibus protegere et defendere promittit. g. XI, 11.

187. —— „ —— C. rex foedus unionis et fraternae concordiae cum Ludovico, Bavariae duce, palatino Rheni, confirmat, subditisque eius in terris regni Poloniae defensionem et securitatem admittit. XI, 12.

188. *Nova Civitas Corczyn, f. 5 post Aegidii (6 sep.).* C. rex ad petitionem Stiborii de Chelm, haeredis de Ponyecz, privilegium super theloneo in Ponyecz, per antecessores suos concessum et propter inundationem aquae perditum, visis literis testimonialibus consulum civitatum Posnaniensis et Costensis, anno 1452 datis, confirmat. JK. X, 108.

189. *Sandomiria, sabbato die Nativitatis V. M. (8 sep.).* C. rex Laurentio, subagasoni regio, 4 marcas annuas ad tempora vitae donat. W. X, 109.

190. —— „ —— C. rex Michaelem Lassoczsky, succamerarium Dobrinensem, capitaneum Lanciciensem, de proventibus eiusdem capitaneatus ab anno 1451 receptis quietat. JK. PS. X, 112.

191. —— *dominica in crastino Nativitatis V. M. (9 sep.).* C. rex in civitate Schidlow forum annuale binum: pro feria 2 festi SS. Trinitatis et in crastino s. Aegidii (2 sep.) tribus diebus quaque vice celebrandum, instituit. JK. X, 111.

192. ..... Enumerantur civitates et oppida, in terra Podoliae sita, Regiae Mtis: Camyenyecz, Smotricz, Skala, Rubenin, castrum Bakotha, Lyeticzow, . . . dayow, Chmyelnyk, Row, Olthuschkow; oppida terrigenarum in praedicta terra Podoliae sita: . . . . thkowcze, Schipowcze, Jaszlowcze, Sereth, Carnokozyncze, Byedrzichowcze, Schathanow, Zynkow, Myedziborze, Czemyerowcze, Krzykow, Mogelnycza. n. XI, 10.

193. ..... C. rex castrum Swecze cum oppido et Ossek cum villis Nicolao de Sthiborze, palatino Brestensi-Cuiaviae, et Joanni de Cosczelecz, succamerario Dobrinensi, in tenutam confert. r. XI, 31.

1454.

194. *Vratislavia, sabbato post Vincenti (26 ian.).* Consules Vratislavienses literas Casimiri, Poloniae regis, de transferenda villa Opatow de iure polonico in ius magdeburgense, anno 1369 datas, se vidisse testificantur. XII, 162.

195. *Cracovia, f. 6 ante Purificationis V. M. (1 feb.).* C. rex, postquam Jacobus de Dzerzonow, frater ordinis praedicatorum conventus Cracoviensis, inquisitor haereticae pravitatis per

provincialem, archiepiscopum et episcopos, pro exaltatione orthodoxae fidei, deputatus est, dignitariis, officialibus terrarum, castrorum, civitatum, quatenus praefatum inquisitorem ad exercendum officium admittant et eidem auxilium praebeant, iniungit. JK. X, 111; XI, 607.

196. *Cracovia, f. 4 die Valentini (14 feb.).* C. rex, ad petitionem Joannis Bikowski, bona eius Byky districtus Petricoviensis et Bartodzeye districtus Radomscensis de iure polonico in ius magdeburgense transfert. JK. X, 112.

197. —— „ —— C. rex Swanthopelco de Mykolayewicze super villa eadem ius magdeburgense donat. JK. r. X, 113.

198. —— *dominica post Valentini (17 feb.).* C. rex, ad petitionem Joannis, Petri, Stanislai et Andreae de Dobrzechowka, fratrum germanorum, villas eorum Nyewodna et Dobrzechowka, districtus Pilsnensis, de iure polonico in ius theutonicum transfert. JK. X, 113.

199. —— *f. 5 post Septuagesimam (21 feb.).* C. rex Joanni Crampsky bona haereditaria Oblaschnycza, Hrhnyno et Pyeschowo dworiscze, districtus Zudaczoviensis, de manibus Jurgae de Oblaschnycza eximere permittit. JC. X, 114.

200. —— *f. 6 die Petri ad Cathedram (22 feb.).* Literae diffidatoriae Casimiri, Poloniae regis, ad Ludovicum de Erlichshausen, magistrum ordinis theutonicorum. X, 122, 124.

201. —— *sabbato in vigilia Matthiae (23 feb.).* C. rex significat Navoykam, relictam Laurentii Zarambae, palatini Siradiensis, cum filio Joanne de Calinowa, capitaneo Vielunensi, ratione dotis et dotalitii fecisse talem concordiam, quod mater cesserit filio de dote et dotalitio, filius vero matri de bonis Czarne szolny, Occalow, Sokolniky, Pychlicze, Krzywa rzeka, Panthnow, necnon de medietate salis, provenientis de theloneo Camyenensi, de theloneo in Sczythy et de medietate mensurarum de molendino equino Vyelunensi. R. X, 113. NB. Duae literae huius formae extraditae sunt: una matri, altera filio.

202 —— *dominica Exsurge (24 feb.).* C. rex ad petitionem pro parte Matthiae dicti Zolandz de Drzisdzow, eidem desertationes villarum regiarum Drzisczow, Czernkowicze (Czernykowcze) et Bischow, districtus Haliciensis, iure perpetuo donat, cmethonesque praefatarum villarum ad sex annos ab omnibus exactionibus liberat. PP. X, 114.

203. —— *f. 4 die Cinerum (6 mar.).* Elisabeth, Poloniae regina, accepta a fratre Ladislao dote, se de bonis paternis et maternis, necnon clenodiis, gemmis et aliis praeciosis abrenuntiasse recognoscit. X, 107, 116.

204. —— „ —— Elisabeth, Poloniae regina, omni iure successionis in ducatu Austriae, eique annexis provinciis se abdicat. X. 108, 115.

205. —— „ —— C. rex Joanni Luscz de Polwesek, pro meritis contra Tartaros, bona regalia Slobothka, Byelikowcze et Hylathka, in districtibus Camyenyeczensi et Latoczeviensi sita, de manibus puerorum olim Mroczkonis et Jacobi de Javorzno redimere permittit, eidemque 100 marcas super eisdem bonis inscribit. JG. X, 115.

206 —— „ —— Oratores confoederationis terrarum Prussiae Casimiro regi et regno Poloniae bonam fidem et subiectionem promittunt. X, 117.

207. —— „ —— C. rex dominia et haereditates terrarum Prussiae et Pomeraniae, ad corpus Regni redeuntes, in regimen, tutelam et subiectionem accipit et incolis earundem omnia iura et privilegia confirmat. JK. X, 119, 128.

208. —— „ —— C. rex, conditionem civitatis Thorunensis volens efficere meliorem, civitatem Nyeschowa infra 3 annorum decursum tollere promittit. PS. XI, 449.

209. —— *f. 5 post Invocavit (14 mar.).* C. rex exactionem 6 grossorum, pro tuitione castrorum ab impetitione thartarica impositam, incolis regni in nullum praeiudicium cadere testificatur et pollicetur. JK. X, 123. NB. Ibidem fol. 119 idem documentum deletum cum data: feria 3 post Invocavit (12 mar.).

210. —— *sabbato in vigilia Annuntiationis V. M. (23 mar.).* C. rex testificatur, quomodo facta per Luthkonem de Tokari, scholasticum Sandomiriensem et notarium thesauri regni, ratione cum Stanislao Gerthlar, theloneatore Cracoviensi, se debere eidem Stanislao 440 marcas, quas super theloneo Cracoviensi inscribit. JK. X, 126.

211. *Nova Civitas, f. 2 post Oculi (25 mar.).* C. rex Nicolao Pyenanszek de Witkowicze, procuratori generali Cracoviensi, castrum Lubowla cum terra Scepusiensi ad 4 annos in tenutam dat, qui de proventibus primo anno 800 fl. hung. ratione tuitionis terrae praefatae, tribus vero sequentibus per 1000 fl. hung., incipiendo a medio Quadragesimae, recipere debet. JK. X, 126.

212. *Brzesczye, circa festum Stanislai (8 mai).* Notae de membranis Pilczyczsky, Łąka, Wantrobka datis et a Rege destructis. XI, 568.

213. *Bresth, f. 6 post Sophiae (17 mai).* C. rex villam Gorzuchy districtus Siradiensis Joannis Rogaczowski, haereditariam, de iure polonico in ius theutonicum transfert. X, 130.

214. —— „ —— C. rex Derslao de Rythwani, castellano Rosperiensi, theloneum Rubyeschoviense ad 2 annos donat. r. X, 130.

215. *Thorun, f. 3 post Urbani (28 mai).* Formula homagii et iuramentorum, per barones, nobiles et civitatenses terrae Culmensis Casimiro, Poloniae regi, praestitorum. X, 130.

216. —— *f. 3 ante Ascensionis Dni (28 mai).* Gubernator et palatini Prussiae fideiubent pro episcopis Prussiae de praestando Casimiro regi fidelitatis iuramento, quod si non praestiterint, tunc se eos pro hostibus habere declarant. X, 133.

217. *Elbinga, f. 3 Pentecostes (11 iun.).* Praelati, barones, nobiles, consules, communitates et omnes incolae terrae Elbingensis Casimiro, Poloniae regi, homagium praestant. X, 135.

218. —— *dominica Trinitatis (16 iun.).* C. rex iura, privilegia et praerogativas incolis civitatis Gedanensis confirmat. JK. g. X, 131.

219. —— „ —— Proconsul, consules, scabini et communitas civitatis Gedanensis subiectionem perpetuam regi et regno Poloniae cum solutione singulis annis 2000 fl. hung. et curiae regiae cum granario et stabulo aedificatione promittunt. X, 133.

220. *Konigsberg, f. 4 in vigilia Corporis Christi (19 iun.).* Praelati, barones, nobiles, proconsules et omnes incolae terrae Konigsberiensis, Casimiro, Poloniae regi, homagium praestant. X, 133.

221. *Nyeschowa, f. 3 in crastino Joannis Baptistae (25 iun.).* C. rex significat, quod Jacobus Srzemsky de Pakoscz recognovit se recepisse ratione dotis a Catharina, filia olim Vincentii de Lukow, dapiferi Calissiensis, consorte sua, 500 marcas, easdemque cum additione 500 marc. dotalicii super medietate bonorum suorum Lobzenycza, Pyesczna, Zorawya, Cowalyewo, Rozwarzino et Strachoczyno inscripsisse. JK. X, 138.

222. *Mense iunio.* Formula iuramenti per terrigenas et civitatenses de Prussia regi Poloniae circa eorum incorporationem regno Poloniae praestiti. l. g. X, 117.

223. —— „ —— Nomina proconsulum civitatum, terrigenarum, episcoporum et canonicorum, qui Casimiro, Poloniae regi, iuramentum fidelitatis praestiterunt. X, 126.

224. *Thorun, f. 5 post Visitationis V. M. (4 iul.).* C. rex Stanislao de Ostrorog, palatino Calissiensi, silvam Babska cum silvunculis alias przilaski et villam Grwnowo cum campis villae Marnoldt, districtus Naklensis, per olim Sandivogium de Schubin, palatinum Calissiensem, in certa summa magistro et ordini Cruciferorum obligatas, restituit. JG. X, 136.

225. *Cracovia, f. 2 ante Bartholomaei (19 aug.).* Joannes de Czyzow, castellanus et capitaneus Cracoviensis, decretum in causa inter Cristinum de Bodzanow burgrabium et Joannem de Pnyow, archidiaconum Cracoviensem, ratione metretae de molendino in Woynicz, ad regis praesentiam suspendit. XI, 320.

226. *Thorun, sabbato die Bartholomaei (24 aug.).* C. rex fam. Ruthigero de Birken, proconsuli Torunensi, villam regalem Schemyan, districtus Vnyslaviensis, terrae Culmensis, iure perpetuo donat. JK. X, 139.

227. *Nyeschova, f. 4 ante Michaelis (25 sep.).* C. rex cum stipendiariis, ad repressionem hostium ante Choynicze iacentibus, certam ordinationem et condictamen facit et pro servitiis solita salaria eis exsolvit. X, 137.

228. —— „ —— C. rex castrum Holub cum oppido et villis adiacentibus Groto de Ostrow, familiari aulae regalis, in tenutam dat tali conditione, quod impensas ratione tuitionis castri factas reddere ei pollicetur. HR. X, 138.

229. *Brzescze, f. 4 post Hedvigis (16 oct.).* C. rex bona Stani Gortler, theloneatoris Cracoviensis, ab omnibus exactionibus absolvit. JG. X, 136.

230. —— *f. 3 in crastino 11000 virginum (22 oct.).* C. rex privilegium Michaëli de Wirzchoslaw per Vladislaum III anno 1442 datum confirmat. JG. X, 139.

231. *Nyeschowa, f. 2 die Martini (11 nov.).* C. rex constitutiones praedecessorum suorum emendat et reformat. XI, 518.

232. ..... Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis duo registra seu volumina, certa acta et documenta inter duces et reges Poloniae ab una, et magistros ordinis theutonici parte ab altera, variis temporibus scripta, in se continentia, a Luthcone de Tocari, scolastico collegiatae S. Mariae Sandomiriensis, canonico Posnaniensi et regni vicethesaurario, coram se exhibita, describi et exemplari iubet, decernendo eidem transsumpto tantam fidem adhiberi, quanta voluminibus originalibus adhibetur. XI, 127.

233. ..... C. rex Gunczerz et Nicolao de Syenyawa, germanis fratribus, ad eximendas villas Wonylaw, Thomaszowcze et Drohow, districtus Haliciensis, Joanni et Nicolao de Wonylaw in 300 marcis obligatas consensum dat. r. X, 125.

234. ..... C. rex aurifabro castrensi in Cracovia 24 marcas annuatim super zuppis Bochnensibus et Vieliciensibus inscribit. r. X, 125.

1455.

235. *Thorun, f. 5 post Matthiae (27 feb.).* C. rex certos dignitarios de cautione fideiussoria erga archiepiscopum, episcopos, eorumque ecclesias et dioeceses, in summis pecuniariis et clenodiis, pro necessitate bellica acceptis, certo in termino eliberare promittit. JB. XI, 36.

236. *Mense aprili.* Literae cardinalium ad Casimirum, Poloniae regem, quibus declarant Alphonsum praesbyterum cardinalem, qui Calixtus III appellari voluit, summum pontificem electum esse. XI, 84.

237. *Petricovia, f. 2 infra octavas Ascensionis Dni (19 mai).* C. rex officialibus regni mandat, ut mercatores per vias antiquas et consuetas cum ipsorum rebus et mercantiis libere transire permittant. SO. XI, 333.

238. *Cracovia, 27 maii.* Literae Jacobi de Senno, episcopatus Cracoviensis administratoris, ad rectores ecclesiarum decanatus Sandomiriensis, quibus mandat, ut Nicolaum Lichy, burgrabium Sandomiriensem, eiusque sequaces in ecclesiis coram populo pro iniuriis et rapinis personarum et bonorum ecclesiasticarum interdicant. XI, 531.

239. *Brzescze, f. 3 die Dominici (5 aug.).* C. rex Paulo Russeczski certum theloneum in fluvio Visla eximere permittit. JB. XI, 1.

240. *Thorun, dominica Exaltationis Crucis (14 sep.).* C. rex, una cum certis fideiussoribus, summam certam, in clenodiis, auro, argento ex ecclesiis et monasteriis pro Regni defensione ex consensu Joannis, archiepiscopi Gnesnensis, levatam et acceptam, in decursu 4 annorum restituere et reddere verbo regio promittit. XI, 218.

241. *Grecz, 8 novembris.* Literae imperatoris Friderici III ad Casimirum, Poloniae regem, quibus eum ad bellum contra Turcas hortatur. XI, 39.

242. *Thorun, f. 2 infra octavas Martini (17 nov.).* C. rex, ad instantiam Joannis Lutconis de Brzezie, regni vicecancellarii, Vincentio de Gyszycze, ducatus Masoviae marsalco, 100 marcas in villis Planskowicze et Thurowicze, districtus Opocnensis, inscribit. r. XI, 225.

243. *Vienna Austriae, 28 novembris.* Epistola Joannis, tituli s. Angelis cardinalis et a latere legati, ad Casimirum, Poloniae regem, quibus eum de auxiliis praebendis et personali assistentia in expeditione proxima vernali recuperandae Constantinopolitanae civitatis causa sollicitat. XI, 41.

1456.

244. *Fredelanth, die 3 regum (6 ian.).* Burgimagister et consules civitatis Fredelant contra Joannem Skubell de Gymlyn et servitorem eius Gasparum de Grynffeld ratione exactionis certae protestantur. g. XI, 43.

245. —— „ —— Epistola Caspari de Grinfeld, officialis gubernatoris Elbingensis, qua actionem suam in civitate Fridelanth explicat. g. XI, 43.

246. *Petricovia, dominica post Vitalis (11 ian.).* C. rex 6500 fl. a Przeczslao de Dmoschycze receptos in castris Lubowla et Podolynyecz assecurat, ea conditione, quod 2000 fl. ex censibus et dationibus dictus Przeczslaus pro defensione et conservatione castrorum tribuere debeat. JB. XI, 227.

247. —— *11 ianuarii.* Epistola Casimiri regis ad Calixtum III in causa praeposituraе Gnesnensis Jacobo de Senno, secretario regio, oblatae et per Petrum de Pnyowi occupatae. R. XI, 37.

248. —— „ —— Epistola Casimiri regis ad quendam cardinalem in causa praeposituraе Gnesnensis. XI, 37.

249. —— *f. 5 post octavas Epiphaniae (15 ian.).* C. rex bona Tharscheczsko et Stari Kobylin, districtus Calissiensis, eb absentiam haeredum ab expeditione bellica confiscata, Petro Schamothulsky, castellano Posnaniensi, donat. r. XI, 38.

250. —— *in conventione, f. 6 post octavas Epiphaniae (16 ian.).* C. rex Hriczkoni de Pomorzan, palatino Podoliae, capitaneatum Camyenecensem de manibus Bartholomaei de Buczacz eximere et ad solutionem summae obligatoriae a se receptae tenere permittit. XI, 45.

251. —— „ —— C. rex Joannem archiepiscopum Gnesnensem et totum clerum dioecesis eius a decima parte censuum pro necessitate bellica liberat. JB. XI, 56.

252. *Nyepolomicze, f. 6 ante dominicam Esto mihi (6 feb.).* C. rex Petro Mamay de Busschowicze villam super fluvio Branyew, ab ipso fluvio appellandam, inter villas Dynkowicze, Chotienyecz, Hnyewnowicze et Laz, in districtu Praemisliensi, erigere admittit. AO. XI, 60.

253. *Cracoviae, f. 6 die Dorotheae (6 feb.).* C. rex cives Cracovienses a solutione thelonei *scotczowe* dicti liberat. JB. X, 2.

254. *Cracovia, f. 5 ante Invocavit (12 feb.).* C. rex certam concordiam per Andream Odrowasch de Sprowa, palatinum et capitaneum Leopoliensem, cum Stanislao consule Cracoviensi et Georgio fratribus Mornsteyn, ratione summae 2000 fl. hung. in praetorio Leopoliensi anno 1454 initam, confirmat. JB. XI, 280.

255. —— *f. 6 ante Valentini (13 feb.).* C. rex Vincentio Byeganowski, curiensi suo, pro 400 fl. hung., in mutuum ab eo acceptis, castrum Odolanow, districtus Calissiensis, cum oppido et villis in tenutam confert. JB. XI, 44.

256. —— „ —— C. rex Petro Skora de Gay, castellano Calissiensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, mandat, ut Vincentium Byeganowski in possessionem castri Odolanow per notarium eius Petrum Noskowski intromittat. JB. XI, 56.

257. —— *f. 6 post Cinerum (13 feb.).* C. rex nob. Joanni Troska, custodi aquae regiae, 4 curias alias *dworcze* in Wolkowyany, districtus Chelmensis, donat. JG. JB. XI, 57.

258. —— *f. 2 post Invocavit (16 feb.).* C. rex Petro Mamay de Bisschewicze super villa Branyew 20 marcas inscribit. r. AO. XI, 60.

259. —— *f. 4 ante Reminiscere (18 feb.).* C. rex villas Strzelczycze, Nowe Rudnyky et Sthare Rudnyky, districtus Praemisliensis, nobb. Nicolai de Rudolowicze et Joannis de Strzelczycze de iure polonico in ius theutonicum transfert. JB. XI, 59.

260. —— *f. 4 post dominicam Invocavit (18 feb.).* C. rex Procopio Pyenyaszek de Cruszlow 30 marcas in villa regali Hankowka vigore debiti Zawischae de Borzyschewcze inscribit. JB. r. XI, 61.

261. —— *f. 5 ante Reminiscere (19 feb.).* C. rex Nicolao de Rudolowicze, gladifero Praemisliensi, ab una, et Joanni ac Nicolao Gronostay, fratribus indivisis de Rudnyky et Strzelczycze, parte ab altera, bona illorum permutandi consensum dat. JB. XI, 58. NB. Sub eadem forma parti utrique literae datae sunt.

262. *Scebrin, f. 6 ante Reminiscere (20 feb.).* Literae Joannis Czurelo de Stoyancze ad patruum suum Alexandrum Pyanthkowsky, vexilliferum Chelmensem, de fertonibus certis, quos sine consensu regio nemini conferre potest. XI, 46.

263. *Cracovia, f. 3 post Reminiscere (24 feb.).* C. rex Petrum Pnyewski, cantorem Posnaniensem, canonicumque Gnesnensem, et Jacobum de Sienno, praepositum Cracoviensem, ad disiudicandas lites, quae inter eos ratione praeposituraе Gnesnensis ortae sunt, citat. XI, 45.

264. —— *f. 5 ante Oculi (26 feb.).* C. rex cives in Pylszno a medietate theloneorum a mercatoribus solvendorum absolvit. JB. XI, 2.

265. —— *f. 6 post Reminiscere (27 feb.).* C. rex Victorino Rossa de Holaczyno, postquam se idem Victorinus in Thorun de infamia a Joanne Scubela lata iustificavit, literas expurgationis dat. JB. XI, 2.

266. —— *sabbato ante Oculi (28 feb.).* C. rex certam obligationem nob. Christophori de Sancto Romulo, theloneatoris Leopoliensis et zupparii Russiae, in rem Stanislai et Georgii fratrum germanorum Mornsteyn, civium Cracoviensium, pro solutione 2000 fl. hung., cum fideiussoria Andreae Odrowansch de Sprowa, palatini et capitanei Russiae generalis, confirmat JB. XI, 61.

267. —— *f. 4 post Oculi (3 mar.).* C. rex fam. Mathiae Ribalth de Dambrowa bona quaecunque in Regno emere, ubicunque stare et negotia exercere admittit. JB. XI, 62.

268. —— *f. 4 ante Laetare (4 mar.).* C. rex in causa inter Joannem de Pnyow. archidiaconum Cracoviensem et plebanum in Woynicz, ab una, et Cristinum in Bodzanow, parte ab altera, ratione metretae de molendino in Woynicz, decretum fert. JB. XI, 75.

269. —— *f. 5 post Oculi (4 mar.).* C. rex Stanislaum Morsteyn, civem et consulem Cracoviensem, advocatum Lublinensem, magistrum fabricae monetae regni, ab expeditionibus bellicis absolvit. JB. XI, 63.

270. —— *f. 6 die Gregorii (12 mar.).* C. rex Joanni de Cziszow, castellano et capitaneo Cracoviensi, 32000 fl. pol. super exactione duorum grossorum in terris Russiae, Podoliae, Lublinensi et Chelmensi inscribit. JB. XI, 70.

271. —— *sabbato ante Judica (13 mar.).* C. rex Joanni Czirmyenski villam regalem Dambrowka et vastitatem Wylczy lasch, inter granicies villarum Byeskowicze, Czaple, Strzalkowicze et Wanyowicze, districtus Samboriensis, in tenutam dat. JB. XI, 64.

272. —— *dominica Ramispalmarum (21 mar.).* C. rex Stanislao et Dominico, civibus de Szmigrod, et Paulo Sczudlakowicz de Falcowa, eorumque sociis, familiaribus et laboratoribus, quaecunque metalla in omnibus locis Regni quaerere et fodere permittit. JB. XI, 72.

273. —— *f. 2 post Palmarum (22 mar.).* Speciale iudicium regale decernit, quia Bartossius de Buczacz, capitaneus Cameneczensis, f. 2 post Adalberti (26 apr.) in Trembowla se expurgare et innocentiam suam comprobare debeat, nempe constituere testes de tribus clenodiis: duos de paterno *Hawdancze*, duos de *Labucze* et duos de *Junosa*, qui testificarentur, quod Bar-

tossius in via publica nullas mercantias, nec alias res iudaeorum valoris 600 marcarum recepisset. XI, 1.

274. *Cracovia, f. 5 post Conductus Faschae (8 apr.).* C. rex Paulo Ruschoczky, servitori suo, 224½ fl. hung. et damna in equis variisque rebus in Prussia tempore belli percepta restituere promittit. JB. XI, 73.

275. —— „ —— C. rex civitati Wolwram in locum antiqui privilegii igne consumpti dat novum, quo forum septimanale qualibet feria 5 et ius theutonicum confirmat. JB. XI, 73.

276. —— „ —— C. rex Stanislao Ligeza de Przeczslaw summam 1300 marcarum super advocatia oppidi Sool, districtus Praemisliensis, a Vladislao II rege apud Steczkonem de Tarnowa empti, cum possessione eiusdem advocatiae inscribit. JB. XI, 75.

277. —— „ —— C. rex ratione delegationis nob. Joannis Synowecz de Zandowicze, burgrabii Cracoviensis, in partes exteras ad certa negotia perficienda, burgrabiatum Cracoviensem cum omnibus proventibus fratri eius Nicolao de eadem Zandowicze confert. JB. XI, 78.

278. *Buda, 10 aprilis.* Literae cardinalis S. Angeli ad Casimirum, Poloniae regem, quibus eum ad bellum contra Turcas invitat. XI, 222.

279. —— „ —— Literae eiusdem ad Fridericum, marchionem Brandenburgensem, quibus monet, ut bellum adversus Turcas gerat. XI, 223.

280. *Cracovia, f. 2 post Misericordias (12 apr.).* C. rex Andreae Odrowansch, palatino Russiae, mandat, ut omnes dignitarii, qui thelonea in terris Russiae et Podoliae in usum suum exigant, privilegia demonstrent. JB. XI, 80.

281. —— *f. 3 post Misericordias (13 apr.).* C. rex literas praedecessorum suorum, qui civitati Florentiae alias Cleparzs privilegia dederunt, confirmat. JB. XI, 82.

282. —— *f. 5 post Misericordias (15 apr.).* C. rex Joanni de Cosczelecz, succamerario Dobrinensi, 100 fl. hung. in castro Jaszenyecz et villis Sroczki, Przebanthowo et Clinowo, in terris Pomeraniae inscribit. JB. XI, 76.

283. —— „ —— C. rex Joanni de Cosczelecz, succamerario Dobrinensi, castrum et oppidum Nyeschowa super Vysla cum obligatione in usum bellicum eadem reservandi in tenutam dat. JB. XI, 76.

284. —— „ —— C. rex Dorotheae de Conyeczpolye, viduae Joannis, cancellarii regni, 100 marcas in oppido Szadek, districtus Siradiensis, inscribit. JB. XI, 80.

285. —— „ —— C. rex Floriano de Paczanow forum annuale pro die s. Laurentii (10 aug.) in Paczanow celebrandum admittit. JB. r. XI, 91.

286. —— *f. 6 post Tiburcii (16 apr.).* C. rex testificatur Jacobum de Conyeczpole, praepositum s. Floriani, villas Vola Chelmska et Przegorzali ac domum in castro Cracoviensi, in acie ex opposito ecclesiae cathedralis s. Stanislai, Dorotheae matri suae resignasse. JB. XI, 79.

287. —— *sabbato post Misericordias (17 apr).* C. rex in causa inter cives Veliczenses, uti actores, et nobiles terrigenas Barbaram Swynczarowa, Joannem de Racziborzany, Margaretham relictam Zawissii de Lednycza aliosque, Petro de Pyeskowa Skala, succamerario Cracoviensi, mandat, ut quandam tabernam destruere iubeat, nec eam reaedificare permittat. JB. XI, 84.

288. —— *f. 3 ante Adalberti (20 apr.).* C. rex pro summa 2000 fl. hung., a Georgio et Magdalena Mornsteyn, civibus Cracoviensibus, accepta, argentum suum eisdem obligat. R. XI, 86.

289. —— „ —— C. rex quasdam praetiosas res Georgio et Magdalenae Mornsteyn, civibus Cracoviensibus, pro 400 fl. hung. ab eis Rudigero, mercatori Norimbergensi, solutis, pro vadio reponit, hancque summam pro festo Nativitatis Christi solvere promittit. R. XI, 87.

290. —— *f. 5 ante Georgii (22 apr.).* C. rex zuppas Vyeliczensem et Bochnensem Nicolao Seraphin, gladifero Cracoviensi et zuppario moderno, iis cum iuribus, quibus zupparii praecedentes Petrus Piccarani, mercator Venetus, Abraham Niger, Antonius de Florentiis et Nicolaus de Tharnowa gaudebant, pro 17000 marcarum, quotannis in thesaurum regium solvendis, ad decursum 3 annorum in arrendam mittit. JB. XI, 266.

291. —— *f. 6 die Adalberti (23 apr.).* C. rex 100 marcas Olechno de Jermolincze cum consensu Andreae Odrowansch de Sprowa, palatini Leopoliensis, et Nicolai Swircz de Byedrzichowcze, omnium trium inter se debito obligatorum, in villa regali Vyczmicze, in fluvio Uszicze et districtu Cameneczensi Podoliae sita, inscribit. JB. XI, 85.

292. —— „ —— C. rex Joannem Laudancz, Petrum Kosar, Nicolaum Kerlchen et Martinum Molla Langhannium, cives Cracovienses, monetarios eligit, iurisdictionique suae et vicethesaurarii regni eos submittit. JB. XI, 90.

293. —— *f. 6 ipso die Georgii (23 apr.).* C. rex venn. Godislaum Nicolaum de Gorzycze, medicinae doctorem, fratremque eius germanum Jacobum nobiles cum stemmate Pogonya creat. JB. XI, 236.

294. *Cracovia, f. 6 die Adalberti (23 apr.).* Nomina tabernatorum ad molendum in molendinis capitaneatus Cracoviensis admissorum. n. XI, 89.

295. —— *sabbato post Adalberti (24 apr.).* C. rex, acceptis 200 fl. hung. a Georgio et Magdalena Mornsten, civibus Cracoviensibus, eisdem praeciosa certa pro vadio reponit. R. XI, 88.

296. —— „ —— C. rex Nicolao Schlas, capitaneo Oszwanczimensi, terram et castrum Oszwanczimenses pro 320 marcis ad feriam 5 post Pentecosten (20 mai) in tenutam confert. JB. XI, 88.

297. —— *sabbato post Georgii (24 apr.).* C. rex capitaneis mandat, ut bellum, in comitiis generalibus Petricoviensibus laudatum, in suis capitaneatibus proclament et incolas regni ad arma pro die s. Joannis Baptistae (24 iun.) convocent. XI, 91.

298. —— *sabbato in crastino Adalberti (24 apr.).* C. rex Crzeslao, castellano Lublinensi, 200 marcas in oppido Radumskye et villis adiacentibus, in terra Siradiensi, inscribit. JB. r. XI, 91.

299. —— *f. 2 die Marci (25 apr.).* Tabernatores Cracovienses cum conscriptione locorum, in quibus exsistant, et censuum, quos solvere debeant. n. XI, 89.

300. *Malogoscz, f. 4 post Adalberti (28 apr.).* C. rex summam 1464 marcarum in rem Nicolai Pyenyaschek de Wythowycze, procuratoris Cracoviensis generalis, in proventibus procuratiae Cracoviensis assecurat. R. XI, 92.

301. *Buda, 2 maii.* Literae Ladislai, Hungariae et Bohemiae regis, ad Fridericum III, imperatorem Romanorum, quibus eum ad bellum contra Turcas invitat. XI, 224.

302. —— „ —— Literae eiusdem, ad Fridericum, marchionem Brandenburgensem, quibus eum ad bellum instans contra Turcas invitat. XI, 221.

303. —— *25 maii.* Literae eiusdem ad Casimirum, Poloniae regem, pro nuntiis Stephano de Hohemberg et Bernardo Floit militibus credentiales. XI, 386.

304. —— *festo s. Urbani (25 mai).* Literae Ulrici, ducis Ciliae et Zagoriae, ad regem Casimirum, quibus nuntios Ladislai, Hungariae et Bohemiae regis, supranominatos, resque ab eis agendas recommendat. XI, 386.

305. *Ex Monte Pessulano, 26 maii.* Literae Martialis Auribelli de Avinione, magistri generalis ordinis praedicatorum, ad Casimirum, Poloniae regem, quibus se totumque ordinem suum gratiae et favoribus eius commendat. XI, 385.

306. *Gnesna, f. 3 infra octavas Corporis Christi (1 iun.).* C. rex ad petitionem Matthiae, abbatis ordinis cisterciensis in Landa, omnia iura et privilegia, monasterio in Landa a patre et fratre suo concessa, confirmat. JB. XI, 329.

307. —— *f. 4 infra octavas Corporis Christi (2 iun.).* C. rex ad Petrum de Gay, castellanum Calissiensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, dat mandatum, quo Stanislaum et Andream, haeredes de Canthky, ob impubertatem ab expeditione bellica in Prussiam libertat, tali conditione, ut loco sui viros idoneos iuxta bonorum facultatem ad bellum mittant. XI, 387.

308. *Roma, 16 iunii.* Dominicus tituli S. Crucis praesbyter cardinalis et poenitentiarius maior, publicat bullam Eugenii IV, Florentiae in sessione synodali pridie nonis Julii (6 iul.) anno 1439 datas, de unione Orientalis Ecclesiae. Transsumptum a Joanne Moer, clerico Coloniensis dioecesis, testificatum. XI, 182.

309. *Brzesczye, dominica ante Joannis Baptistae (20 iun.).* C. rex villas Murzinowo per regem Vladislaum III, in Jedlna, feria 6 post Francisci (9 oct.) anno 1439, in 200 fl. hung. et Nyemoyewo, Budae, sabbato post Pentecostes (10 iun.) anno 1441, in 500 marcis et 200 fl. hung., in districtu Vladislaviensi-Cuiaviae sitas, Nicolao Scharleysky de Stiborze, palatino Brestensi-Cuiaviae obligatas, Matthiae Szyschka de Byelini modo obligatorio eximere permittit. JB. X, 221.

310. —— *f. 3 ante Joannis Baptistae (22 iun.).* C. rex Michaëli Lasothsky, succamerario et capitaneo Lanciciensi, 100 marcas super advocatia Blonye, districtus Lanciciensis, inscribit. JG. XI, 66.

311. —— „ —— C. rex eidem Lasothski 100 marcas super oppido Srzem, districtus Costensis, inscribit. JG. XI, 67.

312. —— *f. 3 die Petri et Pauli (29 iun.).* C. rex Thomae Scheczignowski, prodapifero curiae regiae, munus carbariatus in Wyeliczka de manibus Nicolai Janek de Chelmo eximere permittit. JB. XI, 68.

313. —— *infra octavas Visitationis V. M. (2 — 9 iul.).* C. rex 600 marcis et 18 fl. a Nicolao Jarandi de Brudzewo, capitaneo Brestensi, in mutuum acceptis, summam hanc in mediate censuum oppidi Brzescze assecurat. JB. XI, 225.

314. —— *dominica post Visitationis V. M. (4 iul.).* C. rex Janussio duci Oswancimensi literas indemnitatis super 71 equitibus dat. r. XI, 387.

315. —— „ —— C. rex Georgio Hlusky indemnitatem super 8 equis dat. r. XI, 387.

316. *Ex Civitate Ulixboriensi, 5 iulii.* Literae cuiusdam ad Casimirum, Poloniae regem, quibus eum ad bellum contra Saracenos adcitat (initium deest). XI, 308.

317. *Brzescze, f. 3 ante Alexii (13 iul.).* C. rex, acceptis 400 fl. hung. a fam. Brzecislao de Lopucz per Nicolaum Beyersky, capitaneum Radzynensem, summam hanc pro festo s. Nicolai (6 dec.) proxime venturo reddere se obligat. JB. XI, 325.

318. —— „ —— C. rex 350 fl. hung. fam. Brzeczyslao de Lopucz pro die Nicolai proximo (6 dec.) se solvere obligat. r. XI, 227.

319. *Nyeschowa, f. 2 in crastino Jacobi (26 iul.).* C. rex, acceptis 1660 fl. hung. et 268 mar. pol. a Bartholomaeo de Grusczicze, succamerario Siradiensi, per Petrum de Gay, Calissiensem et Maioris Poloniae generalem capitaneum, ac per Vincentium de Byeganow, summam hanc super castro et oppido Odolanow inscribit. JB. XI, 259.

320. —— „ —— C. rex Georgio dicto Jurgimarcisszs privilegium super advocatiam Myedzirzecensem, igne combustum, innovat. JB. XI, 260.

321. *Vienna Austriae, 4 augusti.* Literae Ladislai, Hungariae et Bohemiae regis, ad Casimirum, Poloniae regem, quibus expetit, ut annuas nundinas Posnaniae pro festo Nativitatis s. Joannis Baptistae (24 iun.) a Vladislao III, Poloniae rege, institutas, in alium quemlibet diem transferat, nam eodem die ex antiquo nundinae Vratislaviae celebrantur, unde ambae civitates incommoda et detrimenta in negotiis et mercantiis capiunt. XI, 227.

322. *Conyn, f. 5 post Petri in vinculis (5 aug.).* C. rex Nicolao de Cosczelecz, palatino Junivladislaviensi, 600 marcas in Bobrownyki inscribit. JB. r., XI, 226.

323. —— „ —— C. rex Joanni de Cosczelecz, succamerario Dobrinensi, 53 fl. in Nyeschowa inscribit. JB. r. XI, 226.

324. *Siradia, f. 3 in octava Assumptionis V. M. (17 aug.).* C. rex omnia iura et privilegia subditis regni per Vladislaum II et Vladislaum III, Poloniae reges, concessa approbat et confirmat. XI, 226.

325. *Wartha, f. 2 in vigilia Bartholomaei (23 aug.).* C. rex dies et tempus mactandi et vendendi carnia in Siradia constituit. JB. XI, 258.

326. *Lancicia, sabbato post Aegidii (4 sep.).* C. rex Jaroslao de Moszczicze 100 marcas pro Joanne de Wedel, gladifero Posnaniensi et tenutario in Walcz, intercedit, eidemque Jaroslao hanc summam super villa Dambrowka, districtus Posnaniensis, inscribit. JB. XI, 264.

327. *Petricovia, die Nativitatis V. M. (8 sep.).* Articuli in conventione generali conclusi. XI, 231.

328. —— *infra octavas Nativitatis V. M. (8—15 sep.).* C. rex acceptis in mutuum a Luca de Gorka, palatino Posnaniensi, 1400 fl. hung., Stanislaum de Ostrorog, palatinum Calissiensem, Nicolaum de Cosczyelecz palatinum Junivladislaviensem et Joannem de Czarnkow, Gnesnensem castellanum in fideiussoriam cautionem inducit. XI, 263.

329. *Francofordia a. M., f. 6 post Nativitatis V. M. (10 sep.).* Literae Electorum Imperii Romani ad Casimirum, Poloniae regem, quibus petunt, ut Norimbergam cum eis pro festo s. Andreae (30 nov.) ad finalem cum ordine Cruciferorum compositionem adveniat, qua conclusa una cum omnibus christianis principibus contra Turcas bellum gerere poterit. XI, 250.

330. *Petricovia, sabbato post Nativitatis V. M. (11 sep.).* C. rex in causa inter Nicolaum, abbatem Suleioviensem, et oppidanos de Szuleow, ratione certorum laborum, audita opinione Hynczae de Rogow, castellani Siradiensis et regni vicethesaurarii, ac Joannis Lutek de Brzeze, regni vicecancellarii, decretum fert. JB. XI, 261.

331. —— *f. 2 post Nativitatis V. M. (13 sep.).* C. rex institutionem fraternitatis salisvenditorum in Oppoczno confirmat. JB. XI, 262.

332. —— *die Exaltationis Crucis (14 sep.).* C. rex Myskoni de Staw super eadem villa, districtus Culmensis, ius theutonicum admittit. JB. r. XI, 220.

333. —— *f. 3 die Mathaei (21 sep.).* C. rex generoso Grandzky 480 fl. hung. et 100 mar. in Stawiszyn inscribit. JB. XI, 235.

334. —— *in crastino Mathaei (22 sep.).* Dominus vicecancellarius dedit Joanni, episcopo Vladislaviensi et regni cancellario, 24 membranas papyreas et unam pergameneam subappensam, eodem die recepit aliam cum sigillo subappenso, ita quod erant duae. n. XI, 235.

335. *Cracovia, sabbato ante Francisci (2 oct.).* C. rex Nicolao Corithko de Rontha, magistro coquinae reginae Elisabethae, literas super 120 marcis super villa Conyewsky, in terra Leopoliensi, dedit. JB. r. XI, 244.

336. —— *f. 4 post Francisci (6 oct.).* C. rex iura et privilegia, a praedecessoribus suis monasterio Tynicensi consessa, approbat, et oppida villasque eiusdem monasterii in ius theutonicum transfert. JB. XI, 289.

337. —— *f. 2 ante Hedvigis (11 oct.).* C. rex conditiones, quibus terram Osvencimensem emere voluerit, constituit. JB. XI, 237, 241.

338. —— *f. 3 ante Hedvigis (12 oct.).* C. rex, uti debitor principalis, et nonnulli senatores regni, uti fideiussores, summam 700 fl. hung. Nicolao dicto Marszalek de Dubowyecz, et filiis eius Casparo et Malchiero se debere declarant. JB. XI, 322.

339. *Cracovia, f. 6 die Hedvigis (15 oct.).* C. rex cum Nicolao Slep alias Marszalek de Dubowyecz, capitaneo Osvancimensi, init certam obligationem, vigore cuius dictus Nicolaus praedictam terram cum castris Oszwyanczin et Wolek uti vadium tenere debet usque ad venditionem terrae regi Poloniae et exsolutionem summae emptitiae. NB. Sub simili forma praedictus Marszalcus Schlop se regi Poloniae inscripsit. JB. XI, 239, 300.

340. *Nova Civitas Corczin, die Hedvigis (15 oct.).* Conclusiones conventionis generalis. XI, 274.

341. —— *f. 2 die Lucae (18 oct.).* C. rex literas Joannis Dersznyak de Rokydnicza, succamerarii Praemisliensis, continentes in se limitationem villae Ruszenycze, Conradi, Joannis, Sigismundi et Frederici de ibidem haereditariae, et villae regalis Maczikowycze, confirmat. JB. XI, 245.

342. —— „ —— C. rex Leonardum et Nicolaum de Pobyedno in possessione villae Markowcze et camporum Stepkow kant et Myechowo pole, districtus Sanocensis, reservat. JB. XI, 282.

343. —— *f. 4 in vigilia 11000 virginum (20 oct.).* C. rex advocatiam iuris supremi castri Cracoviensis Nicolao Beszinger de Cracovia cum omnibus iuribus et fructibus donat. JB. XI, 245.

344. —— *f. 5 die 11000 virginum (21 oct.).* C. rex literas Vladislai II super villam Jaczimirscz, in Sanok anno 1390 datas, confirmat. JB. XI, 243.

345. —— *f. 6 post 11000 virginum (22 oct.).* C. rex se ex Lithuania nullas literas in praeiudicium iuribus regni Poloniae daturum, nec nullas literas praedecessorum suorum novis literis cassaturum esse pollicetur. JB. XI, 246.

346. —— „ —— C. rex se novas contributiones et dationes in sequelam et consuetudinem non inducturum esse spondet. JB. XI, 247.

347. —— „ —— C. rex se omnes articulos per status terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Russiae et Podoliae, in hac conventione laudatos, ratos habere et observare promittit. JB. XI, 247.

348. —— „ —— C. rex Hinczae de Rogow, castellano Siradiensi et vicethesaurario regni, in absentia vero burgrabio Radomiensi, mandat, ut statuta pro exigendis exactionibus fertonum, in hac conventione sancita, in oppidis tenutae Radomiensis observanda proclamet. JB. XI, 251.

349. —— „ —— C. rex articulis, in hac conventione sancitis, post reditum suum ex Lithuania satisfacere promittit. JB. XI, 256.

350. —— „ —— C. rex iura et privilegia terrarum Cracoviensis, Sandomiriensis, Lublinensis, Leopoliensis, Praemisliensis et Russiae, a praedecessoribus concessa, confirmat, nonnullaque nova eisdem concedit. JB. XI, 257.

351. —— „ —— C. rex summam 1860 fl. hung. debiti Andreae Odrowansch, palatino et capitaneo Russiae generali, pro festo s. Nicolai proxime venturo (6 dec.) reddere et prius fideiussores statuere promittit. JB. XI, 263.

352. —— „ —— C. rex vetera iura et privilegia terris Russiae per praedecessores suos donata approbat, novaque pro meliori statu earundem terrarum admittit. JB. XI, 265.

353. —— „ —— C. rex privilegia per praedecessores suos terris Podoliae donata confirmat. JB. XI, 404.

354. *In dieta Sandomiriensi, dominica ante Simonis et Judae (24 oct.).* C. rex Alberto de Gora villam Plowcze districtus Posnaniensis de manibus Andreae Czeczurad de Palkow eximere permittit. XI, 246.

355. *Sandomiria, f. 2 ante Simonis et Judae (25 oct.).* C. rex Georgio de Dmosyno 300 marc. super oppido Kamyonka inscribit. r. XI, 248.

356. —— „ —— C. rex confirmat literas Andreae Odrawasch de Sprowa, palatini et capitanei Russiae generalis, et Joannis de Wyschoky, subiudicis Leopoliensis, quibus testificantur nob. Iwaschkonem, filium Dimitrii de Czastyn, una cum sororibus Anna et Maruscha, villas suas Czastyn et Nahorcze, districtus Leopoliensis, Georgio Strumilo de Dymosyn, vexillifero Leopoliensi, pro 200 marcis vendidisse. XI, 249.

357. *Lublin, f. 5 die Simonis et Judae (28 oct.).* C. rex villam Dewyepolthicz de manibus nob. Annae Somyenia de ibidem propriis tantum pecuniis eximere promittit. XI, 248.

358. —— „ —— C. rex Joanni de Thanczin, palatino Cracoviensi, 200 marc. in Lubomla, castro, oppido et villis, inscribit. JB. XI, 249.

359. —— *f. 6 ante OO. SS. (29 oct.).* C. rex Nicolao de Chransthow, tribuno Cracoviensi, 150 marc. super villa Nanyow districtus Strioviensis inscribit. r. XI, 248.

360. —— „ —— C. rex eidem Nicolao de Chransthow 50 marc. in zuppis Vieliciensibus ad beneplacitum suum dat. JB. r. XI, 248.

361. *Lublin, f. 6 ante OO. SS. (29 oct.).* C. rex Joanni Hriczko 100 marc. super villa Humnyscza, districtus Trebovlensis, inscribit. JB. r. XI, 248.

362. —— „ —— C. rex Sigismundo Kerdey de Ozimino 100 marcas super villa Czarnochoucze inscribit. JB. r. XI, 248.

363. —— „ —— C. rex Michaëli de Buczacz 60 marc. ratione servitii super oppido Cropycz, districtus Haliciensis, inscribit. r. XI, 248.

364. —— „ —— C. rex Andreae de Thanczin super 687 fl. pro conservatione castri Brodnycza recognitionem dat. JB. r. XI, 248.

365. —— *dominica ante OO. SS. (31 oct.).* C. rex literas Casimiri III, Poloniae regis, de 2 molendinis prope Lublin construendis, Nicolao molendinatori Lublini anno 1358 datas, confirmat. r. XI, 249.

366. *Parczow, dominica ante OO. SS. (31 oct.).* C. rex 1000 marc. Joanni de Cziszow, castellano et capitaneo Cracoviensi, super oppido Zidaczow cum villis inscribit. JB. XI, 252, 318.

367. —— *dominica in vigilia OO. SS. (31 oct.).* Literae Casimiri regis ad Gyrzikonem de Podiebrad, gubernatorem Bohemiae, in causa eius cum Joanne Golda de Zampach. JB. XI, 273.

368. *Cracovia, mense octobri.* Janussius, dux Oswancimensis, conditiones venditionis ducatus sui, a Casimiro, Poloniae rege, propositas, approbat. XI, 291.

369. —— Janussius, dux Oswancimensis, ducatum suum pro 400000 fl. hung. Casimiro, Poloniae regi, vendit. XI, 295.

370. —— Venceslaus Zatoriensis et Przemek Toscensis duces, una cum quibusdam nobilibus, pro Janussio, duce Oswancimensi, de servando per eum contractu cum Casimiro, Poloniae rege, die 11 octobris inito fideiubent. XI, 296.

371. *Nova Civitas, in conventione, mense octobri.* C. rex ad petitionem Matthiae, abbatis Thinicensis, literas Vladislai (!), Cracoviae et Sandomiriae ducis, monasterio Thinicensi super erectione iure theutonico oppidi Oppatowyecz, in castellania Visliciensi, anno 1271 datas, confirmat. XI, 287.

372. *Grodno, dominica post Elisabeth (21 nov.).* C. rex, postquam in Lithuaniam recessit et Joannem de Czisow, castellanum et capitaneum Cracoviensem, locumtenentem suum ad defensionem terrae Cracoviensis instituit, familiares et servitores eius in casu captivitatis eliberare verbo regio promittit. JB. XI, 273.

373. —— *f. 2 ante Catharinae (22 nov.).* Dominae reginae antiquae missae sunt 4 membranae pro podvodis de Grodno per Clementem, familiarem dominorum consulum Cracoviensium. n. XI, 235.

374. —— *f 3 die Clementis (23 nov.).* C. rex iudaeo Michaël, mercatori de Hrubyeschowo, *wina* propinare, aliasque mercantias ubilibet in regno exercere permittit, eumque cum familia eius in suam protectionem et iurisdictionem accipit. JB. XI, 278.

375. —— „ —— C. rex iudaeum Michaëlem de Rubyeschow cum uxore et filio indiviso Juda a solutione quorumlibet theloneorum absolvit. JB. XI, 279.

376. *In crastino s. Nicolai (7 dec.).* Dominus vicecancellarius dedit 4 membranas pro credentiis domino Zbersky de Grodno, dum missus est in Poloniam in legatione anno 1456. n. XI, 235.

377. *In conventione Colensi, die Conceptionis V. M. (8 dec.).* Enumeratio oppidorum, quae exactionem regiam *czyse* non solvunt. XI, 610.

378. ..... Stationes infrascriptorum: ..... onky filius de Cobilino indivisus intercessit; .... inyczsky relictus iu castro Dobczycze pro burgrabio; Jacobus Crokoczsky absolutus est; burgrabius Leloviensis Martinus Gkelsky; burgrabius Praemisliensis Golambek; burgrabius Rathnensis Matthias de Mylanow; ..... Andrzeoviensis loco sui debet substituere propter antiquitatem; Stanislaus et Andreas, haeredes de Ganthky, propter impubertatem, ... Wlodkowa de Skrzin absoluti sunt ex certis respectibus; ..... absolutus est eo, quod sit burgrabius in Dobczycze; ..... sky absolutus est a bello eo, quod facturus est residentiam; item hostiarii dominae reginae iunioris absoluti sunt ab expeditione; ..... de Dambno, frater decani Gnesnensis, propter infirmitatem atque senectutem Gnesnae est absolutus dumtaxat anni praesentis 145.; ..... Grzimala, burgrabius Czrzoniensis, qui in castro eodem est relictus, absolutus; Nicolaus de Wachadlow baccalaureus, notarius castri Cracoviensis, absolutus ab expeditione bellica; vicarius in Mislinycze a dicta expeditione est absolutus; ..... Nykyel, vicecapitaneus Cracoviensis, est absolutus; Nicolaus Walcowskj, burgrabius in Dolyna, est absolutus. n. XI, 1.

379. ..... Statuta sive articuli cuiusdam ordinis militaris in Anglia (initium deest). XI, 3.

380. ..... Examen super inquisitione magistrorum monetae et ratio pecuniae fabricatae. XI, 33.

381. ..... Tituli et nomina cardinalium viventium. XI, 34.

382. ..... Enumeratio summarum in tenuta Zudaczoviensi inscriptarum. XI, 34.

383. ..... Pecunia pro fisco regio in ecclesiis in Unyeow, Schadek et Colo per Joannem Soleczki recepta. XI, 37.

384. ..... Nomina fluviorum, in quibus habetur via navigantium: et primo Wysla, Dunayecz, Proth, Schan, Wyslok, Nyepr, Bug, Vyeprzs, Camyonya, Nyda, Wartha, Notheschs et Przosznya. n. XI, 39.

385. ..... Civitati Pylsznensi data est libertas a medietate thelonei temporibus aeviternis. n. XI, 46.

386. ..... Sequuntur nomina civitatum et oppidorum, infra viam Thorunensem residentium, quae sale Bochnensi bancato duntaxat cum suis incolis uti debent; et sequuntur: Varschovia, Grodzecz, Warka, Rawa, Inowlodz, Opoczno, Ricziwol, Brzeziny, Wolborz, Islza, Badzanczin, Chanczini, Przedborzs, Andrzeow et universaliter omnes terrae Sandomiriensis et Radomiensis civitatum et oppidorum indigenae. n. XI, 56.

387. ..... Nomina civitatum descripta castellano Cracoviensi. Et iam in eadem dieta cum ipsis in hoc statutum est, quod debent super quemlibet equum pro servitiis dampnis omnibus per 70 fl., per lorica sex, pro galea alias *lapka* unum et bellista etiam unum florenos, et hoc qui amiserunt levare dominoque regi de castris, ut Maremborg, Gnyew, Derschow, Choynicza, Fredelang, Hamarstyn, Laszyn, Qwyedzyn, Dzyeldow, Gylawa et aliis, quae in possessione habent, cedere et intelligo, quod tali solutione et conditione contentabuntur. n. XI, 62.

388. ..... C. rex ad petitionem Nicolai, abbatis Koprziwnicensis approbat literas Casimiri III, Poloniae regis, continentes confirmationem duorum privilegiorum Boleslai, Cracoviae et Sandomiriae ducis, quorum unum anno 1277 datum est (finis deest). XI, 66.

389. ..... Sequuntur nomina stipendiariorum, quibus cum comitiva eorum literae indemnitatis datae sunt. XI, 177.

390. ..... Sequuntur nomina certorum oppidorum ac monasteriorum in Polonia Minori et conscriptio militum armorumque, ab illis statuendorum, atque nomina dignitariorum, qui in casu invasionis in regnum hostium cum suis districtibus procedere debent. XI, 211.

391. ..... Literae Marini Ponciani, Roma missi in causa indulgentiarum et iubilaei; scriptae, uti videtur, Varsoviae, ubi Poncianus apud Annam, Masoviae ducissam, remanebat, ad quendam episcopum Poloniae: persuadeat Casimiro regi, ut colligere pecuniam permittat, cuius altera pars pro redimendis castris Prussiae et captivis, altera vero pro collectore servire debeat. XI, 229.

392. ..... C. rex, accepta ratione, posita per Joannem Lutek de Brzezye, vicecancellarium regni, Andream de Thanczin, Paulum de Grabow et Matthiam Blandewsky, cantorem Praemisliensem, 7274½ fl. hung. Nicolao Szarleysky de Stiborze, palatino Brestensi Cuiaviae pro peditibus et equitibus stipendiariis in Thuchola servandis verbo suo regio solvere promittit. XI, 230.

393. ..... C. rex Nicolao Scharleyski super 7274½ fl. hung. literas recognitionis dat. JB. r. XI, 231.

394. ..... Serenissime princeps et domine domine gratiosissime. Intelleximus ex scriptis Vrae Celsitudinis, nobis allatis, ea quae Coracz in praesentia Vrae Ser. retulit, quomodo consiliarii, proceres et barones terrarum Cracoviensis et Sandomiriensis cum etiam certis nobilibus unanimi voto firmassent, exercitualiter se ad arma movere et pro feria tertia proxima in Wachoczsko constituere, in quibus rebus et praesertim in continuando eorum armigerorum progressu a nobis exposcit consilia, visum est nobis, ut Ser. Vra praefatis dominis baronibus et nobilibus taliter congregandis ..... (finis deest, et hoc initium epistolae deletum). XI, 225.

395. ..... Articuli, super quos in conventione generali deliberandum sit. XI, 234.

396. ..... De Gnesna missae sunt sex membranae in papyro domino Alberto, praeposito Calissiensi, ad Cracoviam. De ibidem missae sunt iterum duae membranae in pergameno ad Cracoviam in facto domini Ostrorog. Item missae sunt duae papyreae membranae per Visliczsky in Cracoviam. Item dominus Kyelbassa recepit membranam magnam in pergameno ibidem. Item feria 3 Gnesnae proxima post festum Visitationis Mariae (6 iul.) missae sunt dominae reginae antiquae duo membranae in papyro pro podvodis. nn. XI, 235.

397. ..... Domino castellano Cracoviensi datae sunt duae membranae pro credentiis in Narew per familiarem zupparii dictum Roszkowski, cui etiam ex Byelsko duae membranae per Matthiam, notarium terrestrem Leopoliensem, sunt missae. n. XI, 235.

398. ..... Item ego Vincentius notarius dedi domino Joanni Czarnkowsky, castellano Gnesnensi, duas membranas pergameneas, quas mecum in Marienborg pro festo Nativitatis Domini receperam. n. XI, 235.

399. ..... Census seu taxae in conventu Maioris Poloniae in Colo occasione belli contra ordinem Crucigerorum decretae. XI, 253.

400. ..... Literae Casimiri, Poloniae regis, ad Philippum, Burgundiae ducem, ut naves Gedanensium per officialem eius de Mittemburg iniuste detentas libere dimittere iubeat, consiliariosque suos in civitatem Lubek aut alibi ad communem cum consiliariis polonis, eodem missuris, iustitiam administratum deputet. XI, 344.

401. ..... *Ex oppido Bruxellensi.* Literae Philippi, Burgundiae ducis, ad Casimirum, Poloniae regem, in causa detentarum navium Gedanensium responsoriae. XI, 346.

402. ..... Nomina quorundam Prutenorum (numero 37), qui regi et coronae Poloniae nunquam obesse compromiserunt. XI, 385.

403. ..... Testamentum et dispositio bonorum Stanislai Podrzantcze, civis et consulis Cracoviensis. XI, 393.

1457.

404. *Gliwicze, f. 2 ante Matthiae (21 feb.).* Janussius, dux Oswancimensis, Casimiro, Poloniae regi, ducatum suum pro 50000 marc. pol. vendit. XI, 309.

405. —— „ —— Janussius, dux Oswancimensis, se coram rege Bohemiae roborationem venditionis ducatus sui effecturum declarat. XI, 312.

406. *Lucow, f. 3 Carnisprivii (1 mar.).* C. rex nob. Stephano civi de Radom scultetiam in villa Thrzebieschowo, districtus Lucoviensis, cum duobus laneis, iure theutonico et licentia tabernae erigendae donat. JB. XI, 450.

407. *Cracovia, f. 5 post Cineres (3 mar.).* Janussius, dux Oswancimensis, se a rege Casimiro 50000 marc. pol. pro ducatu suo accepisse recognoscit. XI, 313.

408. *Petricovia in conventione, f. 4 post Reminiscere (16 mar.).* C. rex officialibus regni, ut mercatores certas vias in eundo observent, mandat. JB. XI, 392.

409. —— *f. 6 ante Oculi (18 mar.).* C. rex privilegium antecessorum suorum de non construenda alia civitate in distantia 4 milliarium ab oppido Urzandow confirmat. JB. XI, 317.

410. —— *f. 6 post Reminiscere (18 mar.).* C. rex 1000 fl. hung. restantis debiti Joanni de Czyszow, castellano Cracoviensi, super theloneo Grodecensi et zuppis Drohobicensibus inscribit. JB. XI, 319.

411. —— „ —— C. rex Joanni Synowyecz terram Osvancimensem cum castris Oswanczim et Wolek in tenutam dat et ad conservationem eorum 300 marc. in zuppis Hilkusiensibus et 40 bancos salis in zuppis Bochnensibus quotannis inscribit. JB. XI, 323.

412. *Schadek, sabbato post Gertrudis (19 mar.).* Literae Vladislai de Oporow, archiepiscopi Gnesnensis, ad Casimirum, Poloniae regem, in causa proventuum molendini in Woynicz. XI, 321.

413. *Lancicia, f. 3 post Oculi (22 mar.).* C. rex iuxta opinionem archiepiscopi Gnesnensis, ut oppidani de Woynicz in antiquo molendino frumenta molant, decidit. JB. XI, 321.

414. *In conventione Colcnsi f. 3 post Laetare (29 mar.).* C. rex Jacobo de Senno, Gnesnensi et Cracoviensi praeposito, montem Gnezy, molendino Gnesnensi contiguum, retro ecclesiam S. Georgii cum iure aedificandi donat. JB. XI, 325.

415. *Bidgostia, f. 5 post Judica (7 apr.).* C. rex Wilhelmum Jenyk de Myeczkowa, capitaneum in Holup, et Boguslaum de Myeczkowa cum comitiva eorum 120 peditibus et 36 equitibus in servitium suscipit et stipendium certum assignat. R. XI, 324.

416. —— *f. 3 Paschae (19 apr.).* C. rex Stanislao Lipski 6 laneos advocatiae in villa Sroczsko, districtus Lublinensis, cum iure piscandi in fluvio Wyeprzs et conditione unum armatum equitem ad bellum expediendi donat. JB. XI, 157.

417. —— *f. 4 ante Conductum Paschae (20 apr.).* C. rex Joanni Zirniczsky villam ipsius Marczinkowo, in districtu Gnesnensi sitam, Adae de Ostrosscze titulo reemptionis alias *na wederkoff* pro 180 mar. resignare permittit. JB. XI, 326.

418. —— *f. 6 post Pascham (22 apr.).* C. rex literas Joannis Baysen, gubernatoris Prussiae, Elbingae, f. 2 post Ne longe (10 apr.) anno 1457 datas, quibus molendinum in suburbio Schonecke Henrico Sunderbeken oppignoratur, confirmat. g. XI, 158.

419. —— *dominica Conductus Paschae (24 apr.).* C. rex Nicolao de Brudzewo, capitaneo Brestensi Cuiaviae, 200 marc. in medietate censuum oppidis Brzescze et Radzyow assecurat. JB. XI, 93.

420. —— „ —— C. rex nob. Andreae scultetiam in Rathaye, districtus Kczinensis, Przeczlao de Pothulicze pro 60 marc. vendere permittit, eidemque Przeczlao 6 laneos cum medietate lacus et 2 piscatoribus addit. JB. XI, 94.

421. *Gedanum, dominica Cantate (15 mai).* C. rex civitati Gedanensi cera rubra in sigillis apponendis uti permittit, armaque civitatis corona aurea super scuto posita auget. g. XI, 96.

422. —— „ —— C. rex privilegia civitatis Gedanensis confirmat (initium deest). JB. „ XI 104

423. *Gdansko, f. 3 Rogationum (24 mai.).* C. rex 440 fl. hung., quos pro se olim Stanislaus Crampsky nobilibus Puskarzowy et Lichnowskemu solverit, Joanni et Paulo germanis de Crampa se debere declarat, eamque summam in duobus terminis per 220 fl. pro festo Pentecosten (5 iun.) et pro Carnisprivio (15 feb.) reddere pollicetur. JB. XI, 94.

424. *Gedanum, f. 3 ante Ascensionem Domini (24 mai).* C. rex Reynolto Nederhoff, burgimagistro Gedanensi, villas Solow, Reynweld cum molendino super fluvio Schonem et Nestenpo cum molendino, in districtu Gedanensi sitas, iure haereditario donat. g. XI, 98.

425. —— „ —— C. rex Reynoldi Nedirhoff, burgimagistri Gedanensis, curiam Kleynlesin, districtus Gedanensis, a solutione exactionum libertat. g. XI, 99.

426. —— *f. 2 post Ascensionem Domini (30 mai.).* C. rex summam 21500 fl. hung. se mutuo a Gedanensibus recepisse et certis in terminis reddere testificatur et spondet. g. XI, 159.

427. —— „ —— C. rex piscaturam in Puck et districtum Tczevensem cum omnibus proventibus tenendum Gedanensibus cedit. g. XI, 160.

428. *Marienborg, f. 4 in vigilia Corporis Christi (15 iun.).* C. rex fam. Knutcze Zeer de Sancto Gallo pro mercibus 541 fl. se debere testificatur. r. XI, 163.

429. —— „ —— C. rex Knutcze Zeer mercatori recognitionem super solvendis 120 fl. ad Thomam Trampczinski, exactorem navigii Nyeschoviensis, recognitionem dat. JB. r. XI, 163.

430. *In castro Mariemburgensi, f. 2 infra octavas Joannis Baptistae (27 iun.).* C. rex Joanni Skubela de Gymlin pro 3000 fl. hung. oppidum Pyss cum villis, in terris Prussiae inferioribus, in possessionem dat. JB. XI, 161.

431. —— *f. 2 post Joannis Baptistae (27 iun.).* C. rex Bartholomaeo Cleynen, burgimagistro oppidi Knyphof, pratum, ad pregulam in Notangia situm, iure haereditario donat. g. XI, 164.

432. —— *f. 5 ante Visitationis V. M. (30 iun.).* C. rex nob. Joanni Oley de Swyncza, servitori et stipendiario suo de comitiva Nicolai Skalsky, rothmagistri in Olstin, 200 fl. hung. et 2 equos donat. JB. XI, 163.

433. *Marienburg, f. 6 ante Margarethae (8 iul.).* C. rex Ottoni Machwicz, palatino Elbingensi, praefecturam in districtu Rastenburgensi iure haereditario donat. JB. g. XI, 165.

434. —— „ —— C. rex Ottoni Machwicz, palatino Elbingensi, curiam Lewnenborg et Lischken cum villa et molendino ac villas Leuensteyn et Kaltwangen, districtus Lewnenburgensis, iure haereditario donat. JB. g. XI, 166.

435. —— „ —— C. rex Joanni Baysen, gubernatori terrarum Prussiae, civitatem Tolkemith cum molendinis et silvis, item villas Lantcz, Hazelaw, Pandegy, Newedorff et Bomgart iure haereditario donat. g. XI, 167.

436. *In oppido Insulensi, 14 iulii.* Philippus, Burgundiae dux, Stephano Obroslecz de Polonia, tenoristae capellae suae domesticae, in patriam revertenti, liberum passum cum eius comitiva admittit. XI, 330.

437. *Vienna Austriae, 8 augusti.* Literae Ladislai, Hungariae et Bohemiae regis, ad Casimirum, Poloniae regem, quibus expetit, ut mandare velit, quomodo Paulus episcopus Plocensis, Prandotha de Zelazny, palatinus Plocensis, Joannes de Neborowo, palatinus Belsensis, Minignew de Crisko, iudex Wissogradensis et Golias marsalcus Margarethae, Masoviae ducissae, consorti Conradi, Slesiae ducis, dotem exsolvant. XI, 327.

438. *Roma, 4 septembris.* Literae Jodocii Hogestensis, procuratoris ordinis theutonicorum, ad Andream Stantberg, episcopum Culmensem, de difficultatibus in ecclesia Culmensi recuperanda. XI, 327.

439. *In castris ad Mariemburgum, f. 2 ante Nativitatis V. M. (5 sep.).* C. rex Joanni von der Jano, palatino Pomeraniae, civitatem Stargard cum villis in possessionem dat. JG. g. XI, 172.

440. *Roma, nonis septembris (5 sep.).* Literae Calixti papae III ad Casimirum regem pro cardinale Aenea Sylvio Piccolomini ad ecclesiam Warmiensem nominato. XI, 402.

441. —— *8 idus octobris (8 oct.).* Literae Calixti III ad Casimirum regem in causa expeditionis bellicae contra Turcas per Joannem cardinalem S. Angeli missae. XI, 354.

442. *Volkenmarkt, 18 octobris.* Literae Friderici III, Romanorum imperatoris, ad regem Casimirum, quibus Aeneam tituli s. Sabinae praesbyterum cardinalem ad ecclesiam Warmiensem nominatum recommendat. XI, 401.

443. *Roma, 14 cal. novembris (19 oct.).* Literae Calixti III ad Casimirum regem, quibus petit, ut possessio ecclesiae Warmiensis Aeneae cardinali consignetur. XI, 365.

444. *Volkenmerkt, 21 octobris.* Literae Friderici III imperatoris ad Casimirum regem, quibus Aeneam cardinalem commendat, utque ei possessio ecclesiae Warmiensis tradatur petit. XI, 404.

445. *Opathow, sabbato in crastino Simonis et Judae (29 oct.).* Fridericus, episcopus Lubucensis, certa privilegia civibus Opathoviensibus concedit. XI, 347.

446. *Gnesna, f. 5 in vigilia Martini (10 nov.).* C. rex testificatur Sbilutum de Grilevo certas partes eiusdem villae districtus Kczinensis, lacus Crothoschino et villae Rzanschowo districtus Naclensis pro 80 fl. hung. Joanni, Andreae, Sbilutho et Troyano, fratribus germanis, filiastris suis, vendidisse. JB. XI, 331.

447. —— „ —— C. rex testificatur Sbiluthum de Grilew tertiam partem omnium bonorum suorum filiastris suis Joanni, Andreae, Sbilutho et Troyano, fratribus germanis, donasse, JB. XI, 333.

448. —— *f. 6 die Martini (11 nov.),* C. rex Petro Donyn de Prawkouicze, curiensi suo, 200 marc. in villis Rzeczicza et Glyna, districtus Inowlodzensis, inscribit. JB. r. XI, 333.

449. *Pysdri, f. 3 post Martini (15 nov.).* Stanislao Przibislawsky datae sunt membranae: ad dominos Cracovienses duae, tres pro credentiis et tres in pergameno cum appensis sigillis. n. XI, 31.

450. *Calis, dominica post Elisabeth (20 nov.).* C. rex testificatur, Velislaum de Cappa totam scultetiam in Blisanowo Bartholomaeo de Iwanowicze, succamerario Siradiensi, in 180 marcis latorum grossorum resignasse. JB. r. XI, 333.

451. *Roma, 20 novembris.* Literae Gregorii, archiepiscopi et patriarchae Constantinopolitani, ad Casimirum, Poloniae regem, quibus Gregorium, metropolitam Kioviensem noviter electum recommendat. XI, 115, 192. NB. Literae originales a Gregorio graece subscriptae sunt.

452. *In conventione generali Petricoviensi, dominica Barbarae (4 dec.).* C. rex statutum praedecessoris sui de modo et ordine incolarum regni ad bellum eundi, a se confirmatum, Joanni de Rithwiani, capitaneo Sandomirienei, ab publicandum et observandum mittit. XI, 334.

453. *Petricovia, f. 2 in vigilia Nicolai (5 dec.).* Nicolaus de Cosczelecz, palatinus Brestensis-Cuiaviae et capitaneus Dobrzinensis, occasione servationis castri Brodnicza ad unum annum pro servitio solutione recepta, de eadem Casimirum regem quietat, exceptis damnis, pro quibus rex sibi satisfacere tenetur. XI, 336.

454. —— „ —— C. rex, 500 mar. pro continuatione negotiorum Prussiae apud Andream Kretkowsky, castellanum Brestensem-Cuiaviae, acceptis, eidem oppidum Rogoszno districtus Posnaniensis titulo reemptionis alias na wyderkaff dat. JB. XI, 336.

455. —— *f. 2 in crastino Barbarae (5 dec.).* C. rex literas Friderici, episcopi Lubucensis, civibus Opathoviensibus datas (supra Nr. 445) confirmat. JB. XI, 348.

456. *Buda, 5 decembris.* Epistola Joannis cardinalis Sancti Angeli legati ad Casimirum, Poloniae regem: non potens obitu Ladislai, Hungariae regis, ex Buda recedere, donec declarabitur, quis futurus rex Hungariae sit, literas apostolicas mittit et cardinalem Senensem ad ecclesiam Warmiensem nominatum commendat. XI, 355.

457. *Petricovia, in conventione generali, f. 3 Nicolai (6 dec.).* C. rex divisionem bonorum Ivanovicze et Cuczowola in districtu Calissiensi ac Sarny et Dolsko in terra Siradiensi inter Nicolaum Gruschynsky, subdapiferum Posnaniensem et tenutarium in Odolanow, ac Bartholomaeum, fratrem eius, succamerarium Siradiensem, coram se recognitam esse testificatur. JB. XI, 160.

458. *Nova Civitas Corczin, in conventione generali, sabbato in vigilia Nativitatis Dni (24 dec.).* C. rex, 1400 fl. hung. a Jacobo de Senno, praeposito Gnesnensi, in Nyeschowa pro necessitate regni receptis, eidem in theloneo Hrubyeschoviensi hanc summam inscribit. JB. XI, 349.

459. *Mense decembri.* Epistola Casimiri regis ad Calixtum III, ut Joannem Lutek de Brzesie, regni vicecancellarium, episcopum Varmiensem canonice electum confirmare dignetur. NB. In simili forma scribatur ad collegium cardinalium et specialiter ad cardinales speciales (mutatis mutandis). XI, 338.

460. —— „ —— Epistola Joannis Lutek de Brzesie, regni vicecancellarii, ad quendam episcopum (cardinalem?) in causa nominationis suae ad ecclesiam Varmiensem. XI, 340.

461. —— „ —— Epistola Casimiri, Poloniae regis, ad Aeneam Silvium Piccolomini, cardinalem Senensem, qua petit, ut de ecclesia Varmiensi in personam Joannis Lutek de Brzesie renuntiet. XI, 341.

462. —— „ —— Epistola Casimiri regis ad Joannem cardinalem Sancti Angeli legatum in causa nominationis cardinalis Senensis ad ecclesiam Varmiensem. XI, 360.

463. ..... Formula fidelitatis iuramenti Casimiro, Poloniae regi, a Gedanensibus praestiti. l. g. XI, 101.

464. ..... Damna ab incolis et terrigenis terrae Cracoviensis et a civibus Cracoviensibus percepta ex parte horum, qui in Prussia militaverunt. XI, 314.

465. ..... C. rex Joanni de Ostrow, thesaurario Lanciciensi, super Ostrow in terra Cuiaviae sitam ius theutonicum dat. r. XI. 326.

466. ..... Literae Casimiri, Poloniae regis, ad Calixtum III de rev. patre Honofrio de Sancta Cruce, episcopo Tricaricensi, ad gradum cardinalatus promovendo. XI, 341.

467. ..... Literae Casimiri, Poloniae regis, ad Calixtum III, quibus declarat se ad invitationem papae et principum christianorum bellum contra Turcas occasione invasionis Crucigerorum in dominia sua gerere non posse. XI, 342.

468. ..... C. rex Petro Donyn 100 marc. super villis Wyerzbycza et Glyna, districtus Inovlodensis, inscribit. r. XI, 387.

469. ..... Articuli pro rege et capitaneis in civitatibus reservati: pro concussione, pro invasione domus manu violenta, pro oppressione feminarum. n. XI, 31.

1458.

470. *Sandomiria, dominica infra octavas Epiphaniarum* (*9 ian.*). C. rex civitati Robczinensi libertatem a solutione thelonei ad beneplacitum suum dat. JB. r. XI, 351.

471. —— „ —— C. rex Petro Czolkoni de Byelany intercedit 100 marcas, quas tenetur nob. Clementi Ticzinsky, cui ipsas 100 marcas rex super villa Chordzeszya inscribit. JB. r. XI, 351.

472. —— „ —— C. rex nob. Nicolao Byedrzich super villa Cuyalewo districtus Smotrzicensis 100 marc. inscribit. JB. r. XI, 351.

473. *Roma, 17 cal. februarii* (*16 ian.*). Calixtus III Macharium de Servia, monachum monasterii S. Cypriani Constantinopolitani ordinis s. Basilii, episcopum ecclesiae Galicensis nominat. XI, 186.

474. —— „ —— Epistola Calixti III ad Casimirum regem, qua petit, ut Macharium de Servia, neonominatum episcopum Galiciensem, favore et auxilio prosequatur. XI, 189.

475. *Bithom, die conversionis Pauli* (*25 ian.*). Praemislaus, dux Oswyanczimensis et dominus Thoschensis, controversiam inter Casimirum, Poloniae regem, ab una, et Hanussium, ducem Oswyancimensem, et homines serviles, qui apud regem in terris Prussiae in servitio fuerunt et certa bona occupaverunt, parte ab altera, disiudicat. XI, 360.

476. —— „ —— C. rex, uti debitor principalis, et senatores regni, uti fideiussores, summam 35000 fl. hung., Janussio, duci Oswyancimensi, et militibus mercenariis pro servitiis in Prussia debitam, certis in terminis solvere se obligant. XI, 363.

477. —— „ —— Nicolaus de Brzeszie marsalcus, Nicolaus Pyenyaszek de Witowicze, capitaneus Cracoviensis, Joannes Synowyecz de Zandowicze, capitaneus Oswyanczimensis, et Stephanus de Pogorzicze, tenutarius in Bandzen, sententiam ducis Praemislai in causa inter Casimirum, Poloniae regem, et Joannem, ducem Oswyanczimensem, latam, uti mandantes suos, sub vadio 10000 fl. hung. tenere et observare se inscribunt. XI, 364.

478. *Roma, 27 ianuarii.* Epistola Gregorii, archiepiscopi Constantinopolitani Novae Romae et universalis patriarchae, ad Casimirum regem, qua petit, ut Gregorium, Chievensem metropolitam, auxilio suo ab oppressionibus variorum intrusorum defendat. XI, 194.

479. —— *ultima ianuarii.* Epistola Isidori, cardinalis episcopi Sabinensis, ad Casimirum regem, qua Gregorium, archiepiscopum Chievensem et metropolitam totius Russiae, recommendat. XI, 196.

480. *Olomucz, 14 februarii.* Epistola Georgii, Bohemiae regis, ad Casimirum, Poloniae regem, qua petit, ut Przemkoni, de Tossicz principi, pro stipendiis in Prussia emeritis satisfaciat. XI, 112.

481. *Petricovia, in conventione generali, f. 4 post Georgii* (*26 apr.*). C. rex literas de immunitate bonorum ecclesiasticorum, per Vladislaum II Cracoviae anno 1433 datas, ratificat. JG. JB. XI, 367.

482. —— *f. 2 die Philippi et Jacobi* (*1 mai*). C. rex mandatum de ordine et modo exactionis fertonum a capitaneis Przedborio de Conyeczpolye, castellano Sandomiriensi et capitaneo Praemisliensi, per capitaneatum eius publicatum mittit. XI, 366.

483. —— „ —— C. rex commutationem villarum Russinycze, Misliborzs, Zawada, Przedmyescze, districtus Opocznensis, Joannis de Boglewicze, castellani Czernensis, pro villis Chwalenicza et Grabye, districtus Czernensis, Joannis de Cobilino haereditariarum, approbat. XI, 370.

484. —— „ —— C. rex testificatur Joannem de Czyzow, castellanum Cracoviensem, coram se et senatoribus regni, omnia bona filiastris suis de Bronyschow et de Bogumylowycze inscripsisse. JG. XII. 230.

485. —— *f. 5 die Floriani* (*4 mai*). C. rex, acceptis pro necessitate bellica a Vincentio de Gyszycze, marsalco ducatus Masoviae, 1000 fl. hung., cum fideiussione Sandivogii de Lazenicze, succamerarii Sandomiriensis et tenutarii Inovlodzensis, hanc summam in castro Inowlodz et villa Lubochnia inscribit. XI, 371.

486. —— *f. 6 in crastino Floriani* (*5 mai*). C. rex, acceptis pro necessitate reipublicae ab Joanne de Melstin 5000 fl. hung., eosdem in fabrica monetae Cracoviensi et in zuppis Praemisliensibus, nempe in oppidis Sol et Thyrawa, assecurat. XI, 373.

487. *Petricovia, f. 6 in crastino Floriani (5 mai).* C. rex testificatur certos senatores regni, uti fideiussores, summam 5000 fl. hung. Joanni Melsthinski solvere promisisse. XI, 376.

488. *Praga, 6 maii.* Formula iuramenti Georgii, Bohemiae regis, quo promittit se romanae ecclesiae et Calixto III papae in aevum oboedientem futurum esse, ecclesiamque catholicam defendere et ab omnibus haeresibus avertere velle. XI, 17.

489. *Budnya, f. 6 in crastino Ascensionis Dni (12 mai).* C. rex summa 100 marc. a Petro Luczyanowski, procuratore generali Cracoviensi, in mutuum accepta, eandem in oppidis Cazimierza, Proszowycze et Slomnyky inscribit. JB. XI, 377.

490. *Marienburgum, die Petri (1 aug.).* Epistola Wilhelmi de Heesczell, capitanei Marienburgensis civitatis, ad Ludovicum de Erlichhausen, magistrum ordinis theutonicorum, de ope sibi et Joanni Giskra, cuius literas mittit, praestito ac de voluntate sua personaliter cum eo res certas tractandi. g. XI, 173.

491. *In castris ad Mariemburgum, dominica ante Nativitatem V. M. (3 sep.).* C. rex testificatur Stognyevum Czapla de Cruschina villas suas Szoraw, Luczslawicze, Scowronow et Pabyanicze, districtus Leloviensis, cum iurepatronatus ecclesiarum in Szoraw et Pothok, Joanni Zaramba de Calinowa, capitaneo Vielunensi, pro 1800 marc. pol. vendidisse. JB. XI, 395.

492. *Newenburg, f. 2 ante Nativitatis V. M. (4 sep.).* C. rex Joanni von der Jane, palatino Pomeraniae, suisque successoribus, possessionem et usumfructum villarum Babelnaw, Bobaw, Pancze, Wonnental, Swarczenwalt, Weissenwalt, Moelwalt, Landesende et curiae in Bedowe, districtus Stargardiensis, ad exsolutionem summae 3000 fl. hung. donat. JB. g. XI, 172.

493. *Roma, 3 idus septembris (11 sep.).* Pius II archiepiscopo Louidensi et episcopo Praemisliensi mandat, ut omnes viros, qui census, fructus et decimas, Machario, novo episcopo Galiciensi, spectantes, occulte detinuerint, ad reddendum et restituendum eosdem moneant. XI, 187.

494. *In castris ad Mariemburgum, f. 2 ante Michaëlis (25 sep.).* C. rex Gasparo Ditterich bona Wernersdorf et Melentcz, quae Jacobus Marcus et privignus eius Christophorus tenebant, iure haereditario donat. JB. g. XI, 168.

495. —— „ —— C. rex civitati Stargarth possessionem certorum bonorum privilegiorumque confirmat. JB. g. XI, 169.

496. —— „ —— C. rex Paulo Jasiensky 56 marc. in villa Zostoka inscribit. r. XII, 234.

497. *Melsacke, sabbato post Francisci (7 oct.).* Ludovicus Erlichshausen, magister ordinis theutonicorum, Joanni Gyskra de Brandis, comiti in Szarusch, summo capitaneo Hungariae Superioris, civitatem Mariemburgum ad fideles manus recipere permittit. g. XI, 173.

498. *Roma, calendis novembris (1 nov.).* Pii II literae ad Casimirum regem de componenda pace et oratore Romam mittendo (initium deest). XI, 111.

499. *Cracovia, f. 3 ante Nicolai (5 dec.).* C. rex capellae SS. Trinitatis in ecclesia cathedrali Cracoviensi villam Zelonky cum molendinis et campos in Marschowycze donat. JB. XI, 396.

500. — *f. 2 post Conceptionis V. M. (11 dec.).* C. rex testificatur Joannem et Stanislaum germanos de Strzelcze, servitores regios, 2200 marc. pol. debiti Vinconi, civi Cracoviensi, super villa regali Krzeczowo, eis in tenutam data, cum possessione villae eiusdem inscripsisse. JB. XI, 407.

501. —— *f. 3 in vigilia Luciae (12 dec.).* C. rex testificatur Stanislaum de Denow consorti suae Margarethae, sorori Andreae Odrowansch, 4000 marc. dotis et dotalicii super bonis Rzeschow inscripsisse. JB. XI, 399.

502. —— *f. 6 post Luciae (15 dec.).* C. rex Nicolao Seraphin, gladifero Cracoviensi, salis utriusque et Russiae zuppario, 100 marc. annuatim ex zuppis Vielicensibus et Bochnensibus percipiendas assignat. XI, 408.

503. —— *sabbato post Luciae (16 dec.).* C. rex testificatur Andream de Thanczin cum filio Joanne, ob salutem animae Hedvigis, consortis et matris, oraculum in ecclesia in Xansch erexisse, censumque annuum eidem oraculo de villis duabus Czeschikovy, districtus Visliciensis, assignasse. XI, 406.

504. *Roma, 18 decembris.* Pius II, nominato Gregorio, abbate monasterii s. Demetrii Constantinopolitani, in archiepiscopum Chievensem et Russiae, a Casimiro, Poloniae rege, petit, ut neminem alium in eadem ecclesia conservet. XI, 117.

505. —— *20 decembris.* Gregorius, archiepiscopus Chievensis et totius Russiae, uti successor cardinalis Isidori, Casimiro, Poloniae regi, fidem et oboedientiam denuntiat. XI, 114.

506. *Grecz, 27 decembris.* Fridericus III, Romanorum imperator, Elisabetham, Poloniae reginam, monet, ut certas inscriptiones, a Ladislao, Bohemiae et Hungariae rege, factas ratione dotalicii eius, Viennam ad praetensiones eius satisfaciendas mittat. XI, 112.

507. ..... Bulla Pii II, qua christianos principes et gentes ad expeditionem generalem contra Turcas excitat. XI, 105.

508. ..... C. rex Joanni Baysen, gubernatori in Prussia, 100 marc. prut. super censibus Elbingensibus quotannis percipiendas inscribit. g. XI, 162.

509. ..... Articuli in conventione in Colo per dominos conclusi super certis dationibus ex bonis regalibus, spiritualium et saecularium. XI, 356.

510. ..... C. rex conditiones pacis cum Bolcone et Nicolao, ducibus Opoliensibus, ad 5 annos confirmat. XI, 375.

511. ..... Civitates et oppida regales, spiritualium et nobilium omnium terrarum Maioris Poloniae, per dominos in conventione Srzedensi taxatae pro expediendis peditibus, pro ferendo subsidio castro Marienborg et hostium repressione facienda. XI, 378.

512. ..... Regestrum taxae pro expeditione et modo expediendi gentium ad bellum versus terras Prussiae. XI, 380.

513. ..... C. rex Magdalenae, consorti Morsten, civis Cracoviensis, literas super 500 fl. hung. in zuppis Vieliciensibus inscriptis, dat. r. XI, 395.

1459.

514. *Petricovia, mense ianuario.* Conclusiones conventionis generalis. XI, 381.

515. *Culma, f. 6 Magna (23 mar.).* Literae salviconductus ex parte Cruciferorum datae legatis regni Poloniae ad tractandum de pace veniendis. g. XI, 174.

516. *In ripa fluminis Nyestr prope villam Georkyeyowcze, f. 4 post Conductum Paschae (4 apr.).* Stephanus, palatinus Moldaviae, promittit non instaurare bellum cum Polonis usque ad adventum Casimiri regis in Russiam, ubi omnes discordiae disiudicabuntur; praeterea castrum Cuthin dimittere, Petrum palatinum de eodem castro educere, regi servire, eique auxilium in bello contra paganos ferre spondet. XI, 118.

517. *Lynntz, 6 aprilis.* Albertus, archidux Austriae, Casimirum, Poloniae regem, certiorem facit se onus arbitrandi differentias inter regem et magistrum ordinis theutonicorum recepisse et ad id locum civitatem Nurembergensem et diem s. Joannis Baptistae proxime venturum assignasse. XI, 635.

518. *Petricovia, in conventione generali, dominica post Crucis (6 mai).* C. rex Georgio et Magdalenae, coniugibus Morsten, civibus Cracoviensibus, zuppas Vielicenses et Bochnenses, Praemisliensem (Blonye), Samboriensem (Jaschenycza) et Sanocensem (Tirawa) ad decursum 3 annorum pro 4300 marcis arrendat. JB. XI, 416, 420.

519. *Wartha, f. 4 ante Viti (13 iun.).* Domino Gabrieli 100 fl. hung. dati. n. XI, 31.

520. *Conyn, f. 3 ante Joannis Baptistae (19 iun.).* C. rex, ad petitionem Petri Dunyn de Prawkowicze et Petri de Zukow, curiensium suorum, 1000 marcas Joanni Mszuy de Magna Skrzyn, in tenuta Opocznensi inscriptas, in villam Radzieze transferre admittit. XI, 139.

521. *Land, dominica Joannis Baptistae (24 iun.).* C. rex, 500 fl. hung. ab Joanne Curopathwa de Laczukow, succamerario Lublinensi, in mutuum receptis, summam hanc in villis bonorum Chelm, Rubyeschoff et Czarnyeczyn assecurat. XI, 139.

522. *Gnesna, f. 5 in vigilia Petri et Pauli (28 iun.).* Boguslao rotmagistro in Rogosno per manus domini vicarii 30 marcae datae. n. XI, 31.

523. *Radzieyow, sabbato ante Mariae Magdalenae (21 iul.).* C. rex in controversia inter consules civitatis Wschowa et Nicolaum Herold, scultetum in Przyczina, occasione variarum gravaminum, sententiam fert. JB. XI, 140.

524. —— *mense iulio.* C. rex gen. Michaëli alias Mychal 100 marc. super villa Borsczow, districtus Colomiensis, reservatis pro se stationibus, inscribit. r. XI, 178.

525. —— „ —— C. rex nob. Michaëli alias Mychal eximere villam Tholmacz permittit. r. XI, 178.

526. —— „ —— C. rex nob. Michaëli alias Mychal eximere villam Miklosszowo circa Borsczow permittit. r. XI, 178.

527. —— „ —— C. rex Theodoro, fratri Michaëlis, ad beneplacitum suum villam Chwatowcze donat. r. XI, 178.

528. *Brzesczye, circa festum Augustini (28 aug.).* Membranae Grylewsky 12, Sokolowsky 6, Trampczynsky 6, Thomaschewsky 3 et decano Praemisliensi 4 datae. n. XI, 574.

529. *Lancicia, f. 5 ante Aegidii (30 aug.).* C. rex summam 130 fl. hung. Michaëli Lasoczski, succamerario et capitaneo Lanciciensi, in oppido Srzem inscribit. XI, 424.

530. —— „ —— C. rex 100 fl. hung. eidem Michaëli Lasoczski in oppido Srzem inscribit. XI, 425.

531. —— „ —— C. rex 100 fl. hung. et 4½ marc. pol. eidem Michaëli Lasoczski super diebus carnium stationis Lanciciensis assecurat. JB. XI, 426.

532. *Roma, 3 nonas septembris (3 sep.).* Pius II Casimirum, Poloniae regem, rogat hortatur, ne Jonam, monachum schismaticum, se pro archiepiscopo totius Russiae gerentem, m nus hoc gerere permittat, utque legalem episcopum Chievensem Gregorium favore et gratia prosi quatur. XI, 190.

533. —— „ —— Pius II ad Casimirum, Poloniae regem, nuntium suum Nicolaum Jagu piti, comitem sacri palatii Lateranensis, ad meliorem informationem in causa archiepiscopi totiu Russiae dandam mittit. XI, 192.

534. *Lancicia, circa festum Nativitatis V. M. (8 sep.).* Eundo versus Gnesnam 12 membranae Choyensky datae. n. XI, 568.

535. *Bruxellae, 21 novembris.* Philippus, Burgundiae dux, Casimiro regi Stephanum de Polonia, tenoristam capellae ducalis, patriam redeuntem, commendat. XI, 634.

536. *Mense novembri.* Oratio Andreae de Sancta Cruce, advocati in dieta Mantuana pro Casimiro, Poloniae rege, contra milites ordinis Beatae Mariae de Prussia domus Theutonicorum. XI, 433.

537. *Petricovia, in conventione generali, f. 3 ante Thomae (18 dec.).* Literae universales Casimiri regis ad consules, advocatos et officiales Russiae de datia seu taxa *czisza* appellata, noviter in conventione laudata. XI, 428.

538. ..... C. rex Nicolao de Borzischewicze, magistro curiae Elisabethae, reginae Poloniae, 200 marcas in villis Zamyeth et Psztha inscribit. r. XI, 140.

539. ..... C. rex Michaëli Lassoczsky 100 fl. hung. pro equo super Srzem inscribit. r. XI, 387.

540. ..... C. rex certos deputatos ad revisionem zupparum, Georgio et Magdalenae coniugibus Morsten arrendatarum, nominat (finis deest). XI, 418.

541. ..... C. rex summam 3000 fl. hung. coniugibus Morsten solvere se obligat. XI, 424.

542. ..... Enumeratio expensarum pro sustentatione 100 equitum et 200 peditum. XI, 431.

1460.

543. *Roma, idibus ianuarii (13 ian.).* Literae Pii II ad Ludovicum de Bononia, fratrem ordinis s. Francisci de observantia regulari, nuntium in terras Trapesundiae, Persiae, Giogianiae, Mesopotamiae et Armeniae, in causa profligationis Turcarum de Europa. XI, 637.

544. *Praga, 14 ianuarii.* Hieronimus, archiepiscopus Cretensis, Casimirum, Poloniae regem, de adventu suo certiorem facit. XI, 126.

545. *Cracovia, f. 5 in crastino Dorotheae (7 feb.).* C. rex certam permutationem agrorum et pratorum inter Andream de Thanczin, tenutarium castri Rapsthinensis, et Martinum, priorem monasterii s. Mariae in Ilkusch, approbat. JB. XI, 113.

546. *Lancicia, circa festum Joannis Baptistae (24 iun.).* Grylewsky 6 membranae, Wranczsky 4 membranae datae. n. XI, 568.

547. *Posnania, f. 6 ante Margarethae (11 iul.).* C. rex controversias inter Joannem, abbatem Paradisiensem, et Joannem, abbatem Bledzoviensem, ab una, ac Nyemyerzam de Lubosch, tenutarium Miedzirzecensem, parte ab altera, ratione laborum et onerum ortas, disiudicat. JG. JB. XI, 443.

548. *Pisdri, sabbato in crastino Jacobi (26 iul.).* C. rex Nicolao de Vithovicze, succamerario et capitaneo Cracoviensi, mandat, ut per ministerialem proclamare faciat, ne oppidani et cives, infra viam Thorunensem residentes, aliud sal nisi Bochnense in depositorio Visliciensi emere audeant. XI, 444.

549. *Volovia, sabbato post Assumptionem V. M. (16 aug.).* Conradus Albus, Silesiae dux, conditiones pacis cum Casimiro, Poloniae rege, confirmat. XI, 466.

550. *Landshut, f. 4 ante Nativitatis V. M. (3 sep.).* Ludovicus, palatinus Rheni, unionem et pacem cum Casimiro rege initam tenere promittit. XI, 461.

551. *Nyeschowa, f. 3 post Mathaei (23 sep.).* C. rex, ad petitionem consulum et communitatis civitatis Thorunensis, oppidum Nyeschowa dissolvere promittit. XI, 446, 448.

552. *Cracovia, f. 5 ante Michaëlis (25 sep.).* Jacobus de Senno, Gnesnensis et Cracoviensis praepositus, Joannem Gruszczynski, episcopum Vladislaviensem, requirit, ut eum coram rege et consiliariis ad sedem Cracoviensem promoveat. XI, 456.

553. *Nyeschowa, f. 5 ante translationis Stanislai (25 sep.).* C. rex novum oppidum Nyeschowa ex villa Roskydalino, in ripa fluvii Visla erigit, certaque iura et privilegia huic oppido dat. JG. JB. XI, 457.

554. *Mantua, 6 calendas octobris (26 sep.).* Oratio Pii II in conventu ... stianos ad bellum contra Turcas invitat. XI, 198.

555. *Przedborz, f. 2 post Francisci (6 oct.).* Literae Jacobi de Senno, Gnesnensis et Cracoviensis praepositi, ad Casimirum regem, quibus se in successorem Thomae, episcopi Cracoviensis, recommendat. XI, 455.

556. *Brzeszcze, 9 octobris.* Literae Casimiri regis ad cardinales, a quibus petit, ne Jacobus de Senno ad episcopatum Cracoviensem admittatur. XI, 640.

557. *Praga, 17 novembris.* Georgius, Bohemiae rex, oratores suos in Bythom ad tractandum cum legatis polonicis de ineunda mutua pace designat. XI, 470.

558. *Cracovia, f. 3 ante Elisabethae (18 nov.).* Rationes, per Stanislaum Mornsten de zupparum Vielicensium, Bochnensium et Russiae proventibus factae. XI, 463.

559. *Roma, 8 calendas decembris (24 nov.).* Epistolae 4 Pii II ad capitulum, clerum, vasallos et civitatem Cracoviensem de nominatione Jacobi de Senno, Gnesnensis et Cracoviensis praepositi, ad episcopatum Cracoviensem. XI, 502.

560. —— „ —— Pii II brevia 3 ad episcopum Cuiaviensem, intrusorem ad ecclesiam Cracoviensem, ad archidiaconum Cracoviensem et ad regem Casimirum in causa nominationis Jacobi de Senno ad episcopatum Cracoviensem. XI, 503.

561. *Bithom, sabbato in vigilia Andreae (29 nov.).* Conditiones pacis a legatis polonicis cum oratoribus bohemicis initae. XI, 471.

562. *Cracovia, mense novembri.* C. rex rationes de zuppis, per Georgium et Magdalenam, coniuges Mornsten, praesentatas et per certos consiliarios regios examinatas, approbat. XI, 473.

563. *Lancicia, sabbato post Nativitatem Dni (27 dec.).* Membranae datae: 2 pergameneae Alberto praeposito Cracoviensi Cracoviam eunti; 2 pergameneae palatino Ostrorog ad dietam Bithomiensem eunti; 1 papyrea Golambek notario; 2 papyreae Thomaschowski notario. n. XI, 432.

564. ..... C. rex oppidum Opoczno cum villis Eustachio de Sprowa, castellano Radomiensi, de manibus Joannis Msczywy de Skrzin et successorum eius redimere admittit. XI, 445.

565. ..... C. rex in servitium suscipit ad unum quartuale nobiles et famosos N. N. cum ipsorum comitiva in 100 equitibus et 28 peditibus et super quemlibet equitem 10 fl. hung., super vero peditem 5 fl. hung. solvere promittit. XI, 445.

566. ..... Summaria extractio legationum Eynwalti Pathkul (de pace mutua componenda) ex parte Silvestri, archiepiscopi Rigensis, et Pauli, episcopi Curlandiae, factarum: 1) ad Nicolaum episcopum Vilnensem et senatores Lithuaniae in 7 articulis; 2) ad Casimirum, Poloniae regem, in 6 articulis; 3) ad terrigenas et civitates Prussiae in 3 articulis. XI, 439.

567. ..... Literae universales (sine fine) Jacobi de Senno ad clerum dioecesis Cracoviensis de electione et nominatione sua a Pio II ad episcopatum Cracoviensem. XI, 506+528+529.

1461.

568. *Roma, 9 februarii.* Literae magistri s. Venceslai ad Joannem Lutkonis de Brzezie, vicecancellarium regni, in causa promotionis eius ad episcopatum Cracoviensem. XI, 536.

569. —— *10 februarii.* Literae eiusdem ad eundem in eadem causa. XI, 534.

570. —— *13 calendas martii (17 febr.).* Literae Pii II ad praelatos et barones Poloniae, ut innocentem virum Paulum de Glouina, praepositum Gnesnensem et decanum Cracoviensem, apud regem Casimirum expurgare curent. XI, 632.

571. —— „ —— Pius II Casimiro regi, ut Paulum de Glouina iniuste calumniatum in gratia sua conservet. XI, 633.

572. *Pyandzyczow, 21 aprilis.* Jacobus de Senno, electus episcopus Cracoviensis, vicariis in Sandomiria, Bodzączyn et Bydzyni mandat, ut Cristinum, plebanum in Bydzini et vladarium in Zlotha moneant, ne ulli alteri nisi sibi oboediat ac de omnibus proventibus tenutae Zlothensis sibi respondeat. XI, 507.

573. *Praga, 22 mai.* Literae Georgii, Bohemiae regis, ad Casimirum regem pro civibus Legniczensibus, qui a Raphaële Lyesczynski mercantias per terras Poloniae exercere prohibentur. XI, 634.

574. *Roma, 4 nonas iunii (2 iun.).* Bulla Pii II, qua malecontentos ad oboedientiam Jacobo de Senno, electo episcopo Cracoviensi, sub poena interdicti admonet. XI, 525.

575. *Pyandziczow, f. 5 post Viti (18 iun.).* Epistola Jacobi de Senno, electi episcopi Cracoviensis, ad rectorem, doctores et magistros universitatis Cracoviensis, qua de actione delegatorum universitatis in conventu Brzestensi queritur. XI, 13.

576. *Cracovia, f. 5 post Joannis Baptistae (25 iun.).* C. rex, recepta ratione de administratione zupparum Bochnensium et Vieliciensium, per certos consiliarios suos examinata, coniugibus Morsten, dictarum zupparum tenutariis, certas summas se debere declarat. JB. XI, 452.

577. *Bidgostia, f. 2 die Laurentii (10 aug.).* Domino rege a Bidgostia cum exercitibus discedente, Vincentio Kyelbassa datae sunt tres membranae pergameneae cum appositis sigillis et octo papyreae, per rev. dominum Joannem, electum Cracoviensem et regni Poloniae vicecancellarium. n. XI, 31.

578. *In loco campestri exercituum prope Choynycze, f. 6 Quatuor temporum ante Mathaei (18 sep.).* C. rex, acceptis a Joanne de Pilcza, palatino Cracoviensi, pro stipendiariorum in Prussiam Inferiorem expeditione, 2000 fl. hung., hanc summam super exactionibus civitatis Cracoviensis vel super zuppis, a coniugibus Mornsteyn administratis, inscribit. XI, 642.

579. *Lancicia, f. 4 die Calixti (14 oct.).* C. rex 960 fl. hung., a Jacobo de Konieczpole, capitaneo Praemisliensi, et a Nicolao, fratre ipsius germano, in mutuum acceptos, in statione Praemisliensi assecurat. JB. XI, 178.

580. *Nova Civitas Corczin, in conventione, f. 5 Quatuor temporum post Luciae (17 dec.).* C. rex consulibus civitatis Sandomiriensis facultatem eximendi theloneum pontale concedit. JB. XI, 540.

581. —— *f. 6 ante Thomae (18 dec.).* C. rex Stanislao de Chotecz, castellano Leopoliensi et capitaneo Haliciensi, capitaneatum Cameneczensem Podoliae de manibus Michaëlis de Buczacz eximere permittit. JB. XI, 542.

582. *Cracovia, in crastino Innocentium (29 dec.).* Ego Joannes Lanka de Czechoslauicze, in Valachiam eundo ex Cracovia, recepi de cancellaria duas membranas in pergameno cum appensis sigillis et tres papyreas cum impressis. n. XI, 31.

583. *Roma, mense decembri.* Pius II Casimiro regi nuntium suum Jeronimum, archiepiscopum Cretensem, in causa turbulentiarum in Germania ortarum missum, commendat. XI, 632.

989. —— „ —— C. rex Jeronimo de Nowemyasto 50 marc. cum alia certa summa patri eius Groth de Nowemyasto, palatino et capitaneo Ravensi, prius inscripta, in castro et civitate Ravensi assecurat. r. XII, 131.

990. —— „ —— C. rex Joanni de Staralomsza 50 marc. in bonis Rosthwyany et Nastossow inscribit. r. XII, 131.

991. —— „ —— C. rex Aynolpho de Thedaldis florentino, zuppario Drohobicensi et theloneatori Grodicensi, super inventione novi fontis in salinis Drohobicensibus privilegium dat, dictumque fontem a die, quo sal ex ipsius aqua coqui coeperit, ad triennium pro 400 marc. arrendat. SL. XII, 132.

992. *Ineunte ianuario.* C. rex Nicolao Cosczelecz 50 marc. ratione viae Torunensis super bonis Staranyeschewa, tenuta patris eius Nicolai, palatini et capitanei Junivladislaviensis, inscribit. r. XII, 131.

993. —— „ —— C. rex Adae Wylkanowsky 200 fl. hung. super bonis Brathyan, terrae Culmensis, inscribit. r. XII, 131.

994. *Drohiczyn, f. 4 in octava Epiphaniarum (13 ian.).* C. rex Paulo Jaszyensky, villam Myanczyn, terrae Belzensis et districtus Grabowniczensis, de manibus Waszilowsky eximere permittit. SL. r. XII, 131.

995. —— „ —— C. rex Paulo Jaszyensky, Chelmensi et Belzensi capitaneo, 100 marc. super theloneo capitali Chelmensi inscribit. SL. r. XII, 131.

996. —— „ —— C. rex eidem Jaszyensky 100 marc. in zuppis Cracoviensibus ad tempora vitae inscribit. r. XII, 132.

997. —— „ —— C. rex eidem Jaszyensky 100 marc. in Chelm et Rubieschow inscribit. r. XII, 132.

998. —— „ —— C. rex eidem Jaszyensky 225 marc., ratione non extraditionis salariorum e zuppis eidem provenientium, per duos annos et unum quartuale retentorum, super villis Stalno et Srzebrzyska, terrae Chelmensis, inscribit. r. XII, 132.

999. *Troki, f. 6 post. Matthiae (26 feb.).* C. rex Joanni Kyerdey, subdapifero Podoliae, villam Borek, districtus Trebovliensis, de manibus nobb. Joannis Sutek et Dlothowye, et villam

Czarnokuncze, terrae Podoliae, de manibus nob. Barbarae Rychcziczska eximere permittit. XII, 132.

1000. *Civitas Throczensis, penultima februarii.* Literae C. regis ad Fridericum III imperatorem: in causa Gedanensium, qui de iure ipsorum domestico ad tribunal caesareum evocantur. XII, 135.

1001. *Wilno, f. 3 post Invocavit (9 mar.).* Epistola C. regis ad dignitarios Maioris Poloniae: respondendo ad legationem Vincentii Przerambsky, notarii regii, ad se missi in causa conventionis Niszensis, hortatur, ut cum dignitariis terrae Cracoviensis, ad quos ven. Bartholomaeum Kyelbasza nuntium suum misit, hac in re mutua consilia capiant et consilium secum communicent. R. XII, 134.

1002. —— *dominica Oculi (21 mar.).* C. regis literae universales ad duces, dignitarios, officiales et terrigenas ducatus Masoviae, quibus mandat, ne sal de zuppis Praemisliensibus, quae in certis summis Joanni episcopo Cracoviensi obligatae sunt, distrahere audeant, sed libere per Wyslam ad depositorium defluere permittant. SL. XII, 135.

1003. —— *f. 4 post Laetare (31 mar.).* Epistola C. regis ad Fridericum III imperatorem: de Gedanensibus ad consistorium caesareum evocari solitis. R. XII, 135.

1004. *Sine loco, f. 6 ante Judica (2 apr.).* C. rex Stanislao de Chotecz, palatino Russiae, villas: Borek de manibus Sulkonis, Chodorowcze de manibus Cobylowlodsky, Syemyonow et Ostrow de manibus Nassuthonis tenutariorum eximere permittit. r. XII, 135.

1005. *Lublin, f. 4 post Conductum Paschae (28 apr.).* C. rex consulibus Leopoliensibus sal minutum penesticale, e zuppis Drohobiczensibus proveniens, sub certa pensione annua Aynolpho Thedaldi de Florentiis et successoribus eius, zuppariis Drohobiczensibus, solvenda, vendere admittit. XII, 137.

1006. —— *f. 4 ante Philippi et Jacobi (28 apr.).* C. rex Joanni de Pylcza, castellano Cracoviensi, 40 fl. hung. pro cuppa, ducissae Sochaczoviensi donata, super bonis Zamech, terrae Praemisliensis, inscribit. r. XII, 137.

1007. —— *f. 4 post Marci (28 apr.).* C. rex ecclesiam Chelmensem tituli 12 Apostolorum, a Vladislao II, Poloniae rege, post victoriam de ordine Theutonicorum de Prussia fundatam, de civitate Chelmensi in oppidum Hrubyeschow, in terra Chelmensi, non longe a duobus fluviis Bug et Hvczev situm, titulo 12 Apostolorum necnon s. Stanislai, patroni Cracoviensis, insigniendam, transfert. SL. XII, 139.

1008. *Jedlna, f. 4 ante Stanislai (5 mai).* C. rex facta cum Nicolao Corythco, capitaneo Lublinensi, duorum annorum, incipiendo a die s. Mariae Magdalenae (22 iul.), ratione, 200 marc. eidem debitas super proventibus dicti capitaneatus inscribit. XII, 138.

1009. *Lublinum, f. 5 ante Stanislai (6 mai).* C. rex significat Stanislaum de Curoszwanky, Cracoviensem et Vladislaviensem canonicum, secretarium regium, Joanni de eadem Curoszwanky, germano suo, 830 marc. debiti super villis suis Strzezowycze, Bystrycza et Vilkowyecz inscripsisse. SL. XII, 140.

1010. *In conventione generali Petricoviensi, f. 2 Rogationum (24 mai).* C. rex testificatur Groth de Nowemiasto, palatinum Ravensem, Hedvigi de Zichlin, consorti suae, 2000 marc. dotis et dotalitii super oppido Nowemiasto et villis Pobyedna, Pobyedzynskawola, Parczew, districtus Ravensis, inscripsisse. r. XII, 136.

1011. —— *f. 2 ante Ascensionis Dni (24 mai).* C. rex testificatur Nicolaum Gorasdowsky villam Gunycze, districtus Pisdrensis, Stanislao de Ostrorog, palatino Calissiensi, pro 700 marc. vendidisse. XII, 140.

1012. —— *f. 3 Rogationum (25 mai).* C. rex rationem super 8416 fl. hung., per Nicolaum Creydlar, consulem et theloneatorem Cracoviensem et zupparium Ilkusiensem, ab anno 1459 ad annum 1471 de zuppis Ilkusiensibus factam, approbat. XII, 136.

1013. —— „ —— C. rex testificatur Albertum Gorski, castellanum Landensem, omnes sortes villae suae Dambowa Łąka, terrae Wschovensis, Catharinae de Jaroczyn pro parte oppidi Jaroczyn Nowemiasteczko et villarum Boguslaw, districtus Pisdrensis, et Tharszcze, districtus Calissiensis, ac 100 marc. cessisse. r. XII, 136. NB. Aliae literae reversales in consimili forma (Catharinae de Jaroczyn datae sunt).

1014. —— „ —— C. rex significat Henricum de Osszowaszyen partem, quam Catharina de Jaroczyn, consors sua, pro bonis Lgyn, Herthmanicze, et Nowawiesz commutaverit, Alberto Gorsky, castellano Landensi, cessisse. r. XII, 136. NB. Aliae reversales literae in simili forma datae sunt.

1015. —— *mense maio.* E summa 1000 fl. per Gedanenses debita — item pro captivis dno episcopo Culmensi 100 fl. dati sunt. n. XII, 125.

1016. *Radom, f. 2 infra octavas Ascensionis Dni (31 mai).* C. rex Nicolaum Tungen, episcopum Caminensem, in gratiam suam suscipit et, post condescensionem certorum castrorum et civitatum Andreae episcopo Varmiensi, in pensionem ei dandam annuit. XII, 136.

1017. *Radom, f. 2 post Ascensionis Dni (31 mai).* C. rex contra cives civitatum episcopatus Varmiensis, nempe: Brunczberg, Reessel, Iffrumberg, Helsperg, Zeeburg, Guthstath et Warmith indignationem suam remittit. SL. XII, 137.

1018. —— *mense maio.* De summa 1000 fl. per Gedanenses debita: Item Felstorff 30 et Ludovigo Chelmensi 20 fl. hung. dati. n. XII, 125.

1019. *Pyotrkow, f. 4 ante Pentecostes (2 iun.).* C. rex Lenkoni de Rokythnycza, cubiculario regio, 30 marc. in bonis Boguschycze, districtus Ravensis, inscribit. r. XII, 172.

1020. *Sine loco, f. 2 Pentecostes (7 iun.).* C. rex Cleophae de Mlodowycze super tribunatum Snyathynensem, per Joannem Ryczerzyk de ibidem libere resignatum, literas in pergameno dat. r. XII, 138.

1021. *In conventione generali Radomiensi, f. 4 post Pentecostes (9 iun.).* C. rex Nicolao Corythco, capitaneo Lublinensi, allodium sub castro Lublinensi, Lyszagora nuncupatum, omnia molendina tenutae Lublinensis, totam farinam siliginis de molendino magno, in fluvio Bystrzicza iacente, 10 brasea de molendino civili, fora hebdomadalia carnium alias sochaczsky kaplunne vocata in 25 marc. donat. XII, 138.

1022. —— „ —— C rex 4 mansos agri in villa Kosczelecz, in Maiori Insula districtus Mariemburgensis sita, ad intercessionem Joannis de Cosczelecz, palatini Junivladislaviensis et capitanei Mariemburgensis, ecclesiae parrochiali s. Laurentii, in castro Mariemburgensi sitae, donat. r. XII, 147.

1023. —— *f. 5 post Pentecostes (10 iun.).* C. rex incolis civitatum, oppidorum et villarum, in districtu Radomiensi sitarum, vecturam seu ductionem cervisiae in oppidum Skarzeschow canonicorum S. Sepulcri Hierosolymitanorum inhibet. SL. XII, 138.

1024. —— *f. 6 ante Trinitatis (11 iun.).* C. rex Martinum de Belk Evae consorti suae 120 marc. dotis et dotalitii super eadem villa inscripsisse testificatur. r. XII, 141.

1025. —— *f. 3 ante Corporis Christi (15 iun.).* C. rex Alberto de Sathkovicze, iudici Rawensi et tenutario Budzyszowiczensi, ius collationis ecclesiam in Budzyszovicze donat. XII, 139.

1026. —— *f. 4 in vigilia Corporis Christi (16 iun.).* C. rex Matthiae Moszynsky, incisori regio, 600 fl. hung. super oppido Vsczie et villis pertinentibus, districtus Posnaniensis, inscribit. r. XII, 144.

1027. —— *sabbato infra octavas Corporis Christi (19 iun.).* C. rex, cum assistentia consiliarorum regni, in causa Varschii de Zyelychlin, dapiferi Ravensis, tutoris Prandothae et Catharinae cum Margaretha matre eorum, puerorum olim Prandothae de Trczana, palatini Plocensis, ex una, et Cristini de Osszuchow, castellani Ravensis, patris et tutoris filiae suae Catharinae, parte ab altera, occasione bonorum Strzyboga, Solyschow, molendini Jerusel, campi Alkerze, Borschycze, Ravensis et Schochaczoviensis districtuum, sententiam fert. XII, 141.

1028. —— *f. 3 infra octavas Corporis Christi (22 iun.).* C. rex Raphaëli de Jaroslaw, succamerario Praemisliensi et capitaneo Leopoliensi, 800 fl. hung., quos pro rege Joanni Baranowsky solvit, cum cautione fideiussoria Jacobi de Dambno, palatini Sandomiriensis et capitanei Cracoviensis, et Dobeslai de Vysznycze, castellani Lublinensis, super fortalitio Grodek et villis pertinentibus Haliczanow, Droszdouicze, Dobrestany, Starzyska, minera ferrea Wrzessicza, villis Krinyky, Krynycza, Malkovicze, Kathy, Czyrlany, Hrodathicze, Zawidovicze, Jaschkovicze et Kolbayowicze, districtus Leopoliensis, inscribit. XII, 142.

1029. —— „ ——. C. rex eidem Raphaëli de Jaroslaw, certas summas, apud nonnullos terrigenas Russiae in mutuum acceptas, super bonis et fortalitio Grodek inscribit. XII, 143.

1030. *Pyotrkow, f. 2 ante Ascensionis Dni (24 mai).* C. rex Margarethae, relictae olim Sbignei de Gora, castellani Rosperiensis, 600 marcas, quos a marito ratione dotis et dotalitii super medietate bonorum eius haereditariorum Gora, Kalynky, Sbilowicze et Damba reformatas habuit, in medietate pecuniae, praefato Sbigneo de Gora supper villis Conary et Zawadi, districtus Radomskye, et Rudnyky, districtus Wielunensis, assecuratae, inscribit. XII, 144.

1031. *Sine loco, f. 6 in crastino Joannis Baptistae (25 iun.).* C. rex significat Petrum Pywo Barbarae de Zukow, consorti suae, 1000 fl. dotis et dotalitii in bonis suis Nyemsczychow et Koschelow, districtus Gabinensis, necnon in mediatate pecuniae in bonis regalibus tenutae suae videlicet: oppido Sczyrczow et villis Antiqua Sczyrczow et Chrastow, districtus Siradiensis, assecuratae, inscripsisse. r. XII, 144.

1032. —— *f. 4 ante Visitationis V. M. (30 iun.).* C. rex Polanowsky 50 marc. super bonis Czaple districtus Lethiczoviensis inscribit. r. XII, 145.

1033. —— „ —— C. rex Nicolao, theloneatori Camenecensi, super exemptione villae Cuchelecz districtus Camenecensis, in 100 marc. obligatae, consensum dat; eandem villam Nicolaus ad vitam tenere debet et post mortem eius villa ad regem sine solutione pecuniae devolvi debebit. r. XII, 145.

1034. *Sine loco, f. 5 ante Visitationis V. M.* (*1 iul.*). C. rex Joanni Zaramba de Kalynowa, castellano Siradiensi, 100 fl. super exactione 2 grossorum terrae Wyelunensis inscribit. r. XII, 145.

1035. —— „ —— C. rex Matthiae de Staralomza, notario regio, 100 marc., quas pro Stanislao de Chothecz, palatino Russiae, Haliciensi, Camenecensi et Trebovliensi capitaneo, intercessit, in bonis Syroczskye, districtus Trebovliensis, inscribit. r. XII, 145.

1036. —— „ —— C. rex Joanni molendinatori, in Rostwany, tenuta Matthiae de Staralomza, notarii regii et Haliciensis, 15 marc. inscribit. r. XII, 145.

1037. —— „ —— C. rex Petro Pnyewsky, praeposito Wladislaviensi, ad ecclesiam parrochialem, in Gnesnensi, Vladislaviensi et Posnaniensi dioecesibus primo vacaturam, exspectativam dat; facultas praesentandi ad eam Petro de Schamotuli, castellano Posnaniensi, data est. r. XII, 145.

1038. *Radom, dominica Procopii* (*4 iul.*). C. rex Andreae Grocholsky de Maiori Strykovicze super villis Strykow Maius, Grabow et Strykowska Wolya, districtus Radomiensis, ius theutonicum dat. XII, 146.

1039. *In conventione Radomiensi, f. 2 in crastino Procopii* (*5 iul.*). C. rex causam inter Raphalkam, relictam olim Jacobi de Gardzynicze et Calkow, actricem, et Andream de eisdem Gardzynicze et Calkow, partem ream, ratione 400 marc. dotis et dotalitii in praefatis bonis per maritum actricis Jacobum, fratrem dicti Andreae, inscriptarum, in rem dictae Raphalcae decernit. SL. XII, 146.

1040. —— *f. 3 post Visitationis V. M.* (*6 iul.*). C. rex Paulo Jaszensky, dapifero Sandomiriensi, Belsensi et Chelmensi capitaneo, marsalco curiae regiae, 200 marc. in theloneo Rubyeschoviensi ratione dotis post consortem eius Catharinam de Olesznycza inscribit; hanc summam rex olim Joanni de Olesznycza, palatino Sandomiriensi, ratione defensionis castri Lubowla terrae Scepusiensis obligatus remanserat, quae vero post mortem eiusdem Joannis ad filios eius Sbigneum, scholasticum Cracoviensem et regni vicecancellarium, et Felicem iure successionis devoluta et ab eis praefatae Catharinae, uti sorori eorum, in dote data est. XII, 145.

1041. —— „ —— C. rex Paulo Jasensky 60 marc. super theloneo Rubyeschoviensi inscribit. r. XII, 146.

1042. —— „ —— C. rex Jacobo de Zalessye, medicinae doctori, quamdiu Vladislao Bohemiae regi servierit, super 40 marc. salarii annui e zuppis Vyeliczensibus et Bochnensibus literas dat. r. XII, 146.

1043. —— *f. 3 post Procopii* (*6 iul.*). C. rex Andruskoni Matheczsky, curiensi suo, 60 marc., ratione salis et quitantiarum, eidem non extraditarum, in villa Bothaticze, districtus Rubyeschoviensis, inscribit. r. XII, 146.

1044. *Nova Civitas Corczin, f. 4 post Petri ad vincula* (*4 aug.*). C. rex Jacobo Podlodowsky, tribuno Hrodlensi, bona Bohuthicze de manibus Andruschconis Matheczsky et Waschconis Skorutha eximere permittit. r. XII, 146.

1045. *Cracovia, f. 6 ante Assumptionis V. M.* (*13 aug.*). C. rex oppido Strzelno districtus Cruschviciensis post exustionem libertatem ad 7 annos dat. r. XII, 147.

1046. —— *die Assumptionis V. M.* (*15 aug.*). C. rex Nicolao Stadniczky 70 marc. super villa Brzozowa districtus Beczensis inscribit. r. XII, 153.

1047. —— *f. 3 Mathaei ap.* (*21 sep.*). C. rex Nicolaum de Borzimow de 165 marc. pro sorte bonorum haereditariorum Martinum, fratrem suum, quietavisse testificatur. JD. XII, 151.

1048. *Sine loco, f. 6 ante Francisci* (*1 oct.*). C. rex testificatur Matthiam Blandowsky, decretorum doctorem, bona sua Bandow Maior et Minor, Golosche, Denkow, Denkowska Vola alias Wlostowa Vola, terrae Ravensis, cum villa Slawkowcze, circa Vyeliczkam sita, fratribus suis resignasse. r. XII, 151.

1049. —— *f. 2 Francisci* (*4 oct.*). C. rex Dominico de Kazanow, capitaneo Radomiensi, oppidum Kozyrynek, villam Byala cum aliis de manibus Nicolai Minorek de Ostrow, tenutarii Kazimiriensis, eximere permittit. r. XII, 147.

1050. —— „ —— C. rex Andreae Trzaszka de Bobolycze 1550 fl. hung. debiti in bonis Zyelonky cum praedio et in altero praedio Marschowycze, terrae Cracoviensis, inscribit. r. XII, 147.

1051. —— *f. 4 ante Hedvigis* (*13 oct.*). C. rex Philippo Byschof, civi Gdanensi, 1200 fl. hung. debiti in 2000 fl. hung., a civitate Gdanensi singulis annis solvi consuetis, inscribit. XII, 148.

1052. —— „ —— C. rex Sandivogio Czarnkowsky intercedit 130 fl. hung. pro Andrea Gorsky, curiensi suo, quos eidem cum aliis 675 fl. pro festo s. Michaëlis proximo (29 sep. 1474) solvere promittit. r. XII, 148.

1053. *Cracovia, f. 6 Hedvigis* (*15 oct.*). C. rex Nicolao et Joanni germanis de Thuleszycz et Joanni de Branycz et eorum comitivae pro servitio in terris Prussiae 700 fl. hung. per annum, incipiendo a die s. Martini (11 nov.) dare promittit. XII, 148.

1054. *Cracovia, f. 5 die 11000 virginum (21 oct.).* C. rex ad petitionem Dobeslai de Szirawycza, castellani Praemisliensis, inscriptionem 390 marc. per praedecessores suos in villis Ortassow, Mirznicza et Przidrzimiecki factam, districtus Leopoliensis, approbat. SL, XII, 149.

1055. —— *f. 2 ante Simonis et Judae (25 oct.).* C. rex Jacobo de Conyeczpole, capitaneo Praemisliensi, 200 marc. in castro et civitate Praemisliensi inscribit. r. XII, 149.

1056. —— „ —— C. rex Nicolao Byelawsky, curiensi suo, 50 marc., pro 50 vasis salis ei non extraditis, in bonis Leschkovicze et Syroczko, terrae Lublinensis, inscribit. r. XII, 149.

1057. —— „ —— C. rex testificatur Joannem Nyevyerowsky Joanni Baran de Paprothna, notario regio, resignavisse omnem pecuniam maternam, quam Margaretha, prima consors olim Stephani Rola de Othmyanowo, succamerarii Junivladislaviensis, ava sua germana, ratione dotis in bonis Barkowo et Morza, districtus Calissiensis, dicto marito sou importavisset, quamque pecuniam, ad se devolutam, Petrus de Schamotuli, castellanus Posnaniensis et capitaneus Maioris Poloniae generalis, a Nicolao Rola, filio eiusdem Stephani de secunda uxore, reciperet, nec sibi exsolveret. SL. XII, 149.

1058. —— „ —— C. rex Joanni Swidwa 300 marc. super theloneis Posnaniensi, Calissiensi, Cleczoviensi, Coninensi et Costensi inscribit. r. XII, 149.

1059. —— *f. 3 ante Simonis et Judae (26 oct.).* C. rex Lucae palatino Posnaniensi 300 marc. super castro et oppido Nakyel inscribit. r. XII, 151.

1060. —— „ —— C. rex, ut depositorium generale in civitate Cracoviensi iuxta antiqua privilegia observetur, mandat. SL. XII, 156.

1061. —— *f. 4 in vigilia Simonis et Judae (27 oct.).* C. rex Spithkoni de Jaroslaw, palatino Belzensi, 100 marc. in villa Vyrzchrachanye, terrae Belzensis et districtus Lubacoviensis, inscribit. r. XII, 149.

1062. —— „ —— C. rex Stanislao de Chodecz, palatino Russiae, bona Bobrka cum villis de manibus Andreae Wnuczek eximere permittit. r. XII, 150.

1063. —— „ —— C. rex Petro de Branycze, castellano Beczensi, 20 marc. in zuppis Wyelicyensibus ad tempora vitae inscribit. SL. XII, 150.

1064. —— *f. 5 Simonis et Judae (28 oct.).* C. rex Nicolao Opaczsky 100 marc. super villa Wylkolasska Wolya, pro Derslao de Rythwany, palatino Cracoviensi, inscribit. r. XII, 150.

1065. —— „ —— C. rex Nicolao Dobrzelinsky 100 marc. in villis Leschkovicze et Syroczsko, terrae Lublinensis, inscribit. r. XII, 150.

1066. —— „ —— C. rex Stanislao de Ostrorog, palatino Calissiensi, 300 marc. ratione servitiorum super medietate exactionis 2 grossorum terrarum Maioris Poloniae, per Joannem Grilewsky, notarium et exactorem, solvendas, inscribit. SL. XII, 151.

1067. —— „ —— C. rex Joanni Amor de Tharnow, castellano Voynicensi, super 50 marc., e zuppis Vyelicensibus et Bochnensibus singulis annis tollendis, literas dat. r. XII, 151.

1068. —— „ —— C. rex Dobeslao de Zirawicza, castellano Praemisliensi, 100 marc. in villis Vola et Cziernyeyow, districtus Praemisliensis, inscribit. r. XII, 151.

1069. —— *28 octobris.* Literae C. regis ad Sixtum IV de promovendo Jacobo episcopo Vladislaviensi ad archiepiscopatum Gnesnensem et Sbignei de Oleschnycza, vicecancellarii regni, ad episcopatum Vladislaviensem. XII, 152.

1070. —— „ —— Epistola C. regis ad cardinales S. R. E. in eodem negotio. XII, 152.

1071. —— „ —— Epistola C. regis ad nonnullos cardinales singulatim de eadem re et de promotione Stanislai de Curoszwanky, secretarii regii, ad scholasteriam Cracoviensem. XII, 153.

1072. —— *f. 6 post Simonis et Judae (29 oct.).* C. rex incolis villarum Thuroldsdorff, Rusdorff et Matisdorff libertatem a solutione $^1/_3$ partis census regii ad tres annos dat. r. XII, 151.

1073. —— „ —— C. rex Nicolao Czarny de Podole villam Pyrzchowiecz de manibus Jacobi Klaysky, filii olim Clementis, eximere permittit. r. XII, 153.

1074. —— *f. 5 ante OO. SS. (29 oct.).* C. rex Georgio Strymylo, succamerario Leopoliensi, villam Coszlow, terrae Trebovliensis, de manibus successorum Alberti Borowsky eximere permittit (deletum). r. XII, 155.

1075. —— *sabbato in vigilia (ante!) OO. SS. (30 oct.).* C. rex Stanislao de Thanczyn, succamerario Chelmensi, 200 marc. super villa Lumbowla, districtus Chelmensis, inscribit. r. XII, 151.

1076. —— *sabbato ante OO. SS. (30 oct.).* C. rex Andreae Maczykal, plebano in Grodek, ad canonicatum Praemisliensem, ad praesentationem Joannis de Rythwyany, marsalci regni, exspectativam dat. r. XII, 152.

1077. —— *f. 2 OO. SS. (1 nov.).* C. rex Joanni Jacubowsky 50 marc. in villa Bienyądzichowicze, terrae Cracoviensis et districtus Vszciensis, inscribit. r. XII, 151.

1078. —— *f. 6 post OO. SS. (5 nov.).* C. rex Joanni Odrowasch villam Dambrowka et scultetias in villis Wanyewicze et Strzalcovicze, districtus Samboriensis, eximendi facultatem dat. r. XII, 154.

1079. *Cracovia, f. 2 ante Martini (8 nov.).* C. rex Nicolao Stadnyczsky villas Sywoclasky et Pyelgrzimka, districtus Beczensis, de manibus Joannis et Stanislai Gamrathow ac matris eorum Margarethae eximere permittit. r. XII, 154.

1080. —— „ —— C. rex Nicolao de Tanczin 70 marc. super villa Cuchari, districtus Proschoviensis, inscribit. r. XII, 154.

1081. —— „ —— C. rex Przeczslao de Dmosczicze, capitaneo Lubowliensi et Podolineczensi, 100 fl. hung., quos Petro de Curozwanky persolvit, super castro et oppido Lubowlya inscribit. r. XII, 154.

1082. —— *f. 4 ante Martini (10 nov.).* C. rex testificatur Andream de Thanczin, castellanum Malogostiensem, Catharinae, filiae olim Joannis de Sczekocziny, capitanei Lublinensis, consorti suae, 3000 fl. hung., ratione dotis et dotalitii, super bonis suis Nowagora (oppido), Philipowycze, Ostrasznycze, Myakynicza, Czyrmna, Luschowycze et Myszlichowycze, terrae Cracoviensis, inscripsisse. XII, 154.

1083. —— *f. 6 in crastino Martini (12 nov.).* C. rex Joanni Czizowsky 100 marc. super villa Gora, districtus Pilznensis, tenutae eius, inscribit. r. XII, 155.

1084. —— „ —— C. rex Paulo, civi et apothecario regio Cracoviensi, pro electuariis vinis malmaticis italicis 120 marc. super proventibus suis de carnificibus, textoribus et sutoribus in Cleparz, cerdonibusque in Cracovia inscribit. NB. Item in eadem litera, Paulo apothecario data, intercessit rex 20 marc. pro Sbigneo vicecancellario per ipsum eidem Paulo pro rebus apothecariis debitas et easdem Paulo cum aliis summis inscripsit. XII, 155.

1085. *Sine loco, f. 6 post Martini (12 nov.).* C. rex Nicolao de Dwbowiecz, castellano Oszwanczimensi, 100 fl. in Brzescze ratione impensarum, quas ibidem circa constructionem piscinarum fecit, inscribit. r. XII, 157.

1086. *In conventione Pyotrkoviensi, f. 6 Briccii (13 nov.).* C. rex Paulo Jaszyensky 933 fl. in oppido Grabowyecz, terrae Belzensis, ratione cautionis fideiussoriae, quam Joanni de Pylcza, castellano Cracoviensi, pro rege fecit, inscribit. r. XII, 132.

1087. *Sine loco, dominica post Martini (14 nov.).* C. rex Joanni Ryczerzs de Mlodowicze 40 marc. in Nowicza et Dmoszicze, districtus Praemisliensis, inscribit. r. XII, 156.

1088. —— *f. 2 post Martini (15 nov.).* C. rex testificatur Joannem de Praska gen. Wyerusch, vexillifero Wyelunensi, $^1/_3$ sortem bonorum oppidi Praska et villarum Cowalye ac Stradzecz pro 333 fl. hung. resignasse. r. XII, 156.

1089. —— „ C. rex testificatur Werusch vexilliferum Wyelunensem se Joanni de Praska 333 fl. hung. soluturum obligavisse. r. XII, 156.

1090. —— *f. 3 post Martini (16 nov.).* C. rex Jacobo de Conyeczpole, capitaneo Siradiensi, 100 marc. in castro et civitate Siradiensi inscribit. r. XII, 157.

1091. —— „ —— C. rex Joanni Lanka dat exspectativam pro canonicatu et praebenda Sandomiriensi, pro qua Bartholomaeo Kyelbassza, Posnaniensi et Sandomiriensi canonico, facultas data est. r. XII, 157.

1092. *Cracovia, f. 4 infra octavas Martini (17 nov.).* C. rex Sebastiano, civi et mercatori Cracoviensi, debitum 3126 fl. hung. in tribus ratis solvere se obligat. r. XII, 157.

1093. *Opathowyecz, f. 2 ante Catharinae (22 nov.).* C. rex Joanni Slupeczsky villas Mosczenycza theutonicalem et Mosczenycza polonicalem ac Thurza, districtus Becensis, de manibus Joannis Samborzeczsky eximere facultatem dat. r. XII, 157.

1094. *In conventione Opathoviensi, f. 5 Catharinae (25 nov.).* C. rex significat Joannem Amor de Tharnow, castellanum Woyniciensem, Joanni de Baranow 800 fl. hung. ad festum s. Michaëlis proximum (29 sep. 1474) in praetorio Pilsnensi solvere, in casu vero non solutionis intromissionem in villas Lankovicza Magna et Parva, Trzenyeszna, Podgrodze, Porąba, districtus Pilznensis, dare debere. XII, 141.

1095. —— „ —— C. rex testificatur Stanislaum Zema, advocatum in Urzandow, Margarethae, filiae Dlugossii Grocholsky, uxori suae, 200 marc. dotis et dotalitii super omnibus bonis suis inscripsisse. SL. r. XII, 159.

1096. —— *f. 6 in crastino Catharinae (26 nov.).* C. rex Thomam de Ossiek (Osszeczek, Osszieczkowsky), terrigenam districtus Culmensis, ab incusatione aemulorum eius, qualiter olim durantibus bellis in Prussia contra regem consilia praebuisset, liberum denuntiat. XII, 157.

1097. —— „ —— C. rex Joanni de Rithvyany, marsalco regni, villas Czaykow et Bukowa, districtus Sandomiriensis, quas de manibus Andreae Ossolynsky de Clymyanthow, in 800 marc. redimere debebit, pro 1000 marc. iure reemptionis vendit. XII, 158.

1098. —— *f. 2 in vigilia Andreae (29 nov.).* C. rex Nicolao Stadnyczsky de Zmygrod, curiensi suo, 96 marc., ratione perlucrorum et poenarum, pro quibus Stognyew de Skalnik cum germanis suis olim Zavissio, Nicolao et Joanne occasione sacrilegii in iudicio castri Biecensis convicti fuerant, super villa Brzozowa, districtus Biecensis, inscribit. XII, 158.

1099. *In conventione Opathoviensi, f. 4 in crastino Andreae (1 dec.).* C. rex Jacobo Zaclica de Myedzygoscze 100 marc. in villa Vsczymow, terrae Lublinensis, inscribit. r. XII, 159.

1100. —— „ —— C. rex Jacobo Zaklika de Myedzigocza quaelibet bona regalia de manibus quarumcunque personarum eximere permittit. r. XII, 159.

1101. —— „ —— C. rex Raphaëli de Pissary, curiensi suo, 50 marc. super castro Ryther tenutae ipsius inscribit. r. XII, 159.

1102. —— „ —— C. rex Nicolao de Curozwanky 100 marc. super castro et civitate Schydlow inscribit. r. XII, 159.

1103. *Przemakow, f. 5 post Andreae (2 dec.).* C. rex Stanislao de Chotecz, palatino Russiae, 100 marc. super castro et civitate Trebovliensi inscribit. r. XII, 160.

1104. —— „ —— C. rex pro eodem Stanislao de Chotecz apud nob. Stepan 50 marc. intercessit et easdem Stepano in campo seu planitie Jahodzyna, circa fluvium Thyszmyenycza et Rokythna, districtus Haliciensis, inscribit. r. XII, 160.

1105. —— „ —— C. rex eidem Stanislao de Chotecz domum in Cameniecz, post mortem Joannis Czobotarzs ad se devolutam, donat. r. XII, 160.

1106. *Sine loco, dominica ante Luciae (12 dec.).* C. rex Joanni Jakubowsky, curiensi suo, 50 marc. pro equo super villa Byendzichtovicze inscribit. r. XII, 161.

1107. *Vislicza, in crastino Luciae (14 dec.).* C. rex Bernhardum Lambacher, Petrum Kąszy et Nicolaum Zigarth cum 100 equis in servitium recipit et super quemlibet equum 10 fl. hung. ad quartuale anni solvere promittit. XII, 161.

1108. —— *f. 4 post Luciae (15 dec.).* C. rex Petro Sobyensky, curiensi suo, villas Strachoczyna de manibus Matthiae de Wzdow et Zahothynye de manibus Stanislai Czarnoczsky, in districtu Sanocensi sitas, eximere permittit et 100 marc. super iis ei inscribit. r. XII, 161.

1109. —— „ —— C. rex Jeronimo de Nowemyasto 60 marc. super castro et civitate Ravensi inscribit. r. XII, 161.

1110. —— *f. 4 infra octavas Nativitatis Dni (29 dec.).* C. rex praelatis et baronibus Hungariae cum 400 vel 500 equis ad tractandum de pace venturis salvum conductum pro tempore tractatuum et infra hoc per 12 dies concedit. SL. XII, 162.

1111. ..... Item Janussium Powala ab una, necnon Petrum Mykwlewsky et Joannem Proschinsky ac ferrificem eorum de Sowacluszka, Ruda, parte ab altera, quadringentis marcis etc. (nota deleta). XII, 132.

1112. ..... C. rex Stanislao Voyczessky 40 marc. pro Nicolao Thargovyczsky in villa Stanzycza, districtus Crasnostaviensis, inscribit. r. XII, 143.

1113. ..... C. rex Nicolao de Cuthno, palatino Lanciciensi, 50 marc. ratione servitiorum et 10 fl. pro pelicea, Joanni Czyrsky data, super proventibus capitaneatus Gostinensis inscribit. r. XII, 145.

1114. ..... Conradus Albus dux et Margaretha, duces Silesiae, Casimirum, Poloniae regem, de 20000 fl., acceptis ratione haereditatum in terris Masoviae, quas dicto regi resignaverunt, quietant. XII, 147.

1115. ..... C. rex Stanislao Wantrobka, castellano Sandecensi, villas Bucznowa, Bucznowka, Dlugadolyna et Domamyrzicze de manibus Joannis Rey, Chodorowcze et Cobylowloky de manibus Joannis Kobylowlodsky, districtus Trebovliensis, eximere permittit. r. XII, 154.

1116. ..... C. rex eidem Wantrobka 200 marc. ratione salariorum in villis Przyborowe et Lanky, districtus Woynycensis, inscribit. r. XII, 154.

1117. ..... C. rex eidem Wantrobka villam Wythcow, districtus Belzensis, de manibus Andreae Mager eximendi facultatem dat. r. XII, 154.

1118. ..... C. rex Joanni Rey 100 marc., quas pro ven. Joanne Wantrobka intercessit, in villis Bucznowa et Dlugadolyna, districtus Trebovliensis, inscribit. r. XII, 154.

1474.

1119. *Vyslicza, f. 3 infra octavas Epiphaniarum (11 ian.).* C. rex Nicolao de Curozwanky, capitaneo Schidloviensi, 400 fl. hung., pro festo Purificationis V. M. (2 feb. 1475) per annum solvendos, et 100 marc. ratione servitii de statione tenutae Schidloviensis inscribit. XII, 182.

1120. —— *f. 5 in vigilia Agnetis (20 ian.).* C. rex ad Gedanenses duas quitantias, unam Stiborio de Bayzen, palatino Mariemburgensi et praefecto terrarum Prussiae, super 100 fl., et aliam Nicolao, eius filio, super 200 fl., ad rationem 2000 fl. census annui dat. r. XII, 163.

1121. —— *die Fabiani et Sebastiani (20 ian.).* C. rex testificatur Jacobum de Conyeczpolye, s. Floriani extra muros Cracoviae praepositum et capitaneum Siradiensem, villas suas

Byenczicze, terrae Cracoviensis, Mscznow, Camyen, Sadowie, medietatem Rzeczicze et Goczaltovicze, districtus Sandomiriensis, Hinczae de Rogow, castellano Sandomiriensi, in 1500 fl. hung. obligasse. SL. XII, 165.

1122. *Vyslicza, f. 6 Agnetis (21 ian.).* C. rex Vincentio episcopo Culmensi, ad magistrum Prussiae eunti, super 100 fl. recognitionem dat. r. XII, 125.

1123. —— „ —— C. rex Wchno Nagwaszdan 50 marc. super bonis Lothathynily inscribit. r. XII, 165.

1124. —— *f. 2 infra octavas Agnetis (24 ian.).* C. rex Nicolao de Curoszwanky 150 marc., quas rex pro Joanne de Tharnow, curiensi suo, pro servitiis intercessit, super oppido Schydlow inscribit. r. XII, 165.

1125. —— *in crastino conversionis Pauli (26 ian.).* C. rex Jacobo Gnesnensi electo archiepiscopo, Joanni Cracoviensi episcopo, Dobeslao de Visznycze, castellano Lublinensi, et Joanni de Rythwyany, marsalco regni, certas controversias cum consiliariis regni Hungariae pacificare mandat. XII, 163.

1126. —— „ —— C. rex Nicolao de Brudzewo, palatino Siradiensi et capitaneo Brestensi, 150 fl. hung. debiti et 50 marc. pro 50 vasis salis super exactione 2 grossorum terrae Brzestensis inscribit. r. XII, 164.

1127. —— *f. 5 post conversionis Pauli (27 ian.).* C. rex Muzyk de Swynaw, tenutarium in Dzoldow, rotmagistrum, cum 50 equis in stipendium (10 fl. hung. ad quartuale pro quolibet equo) suscipit. XII, 164.

1128. —— „ —— C. rex Iwanschconi armeno 25 marc. in bonis Kozycze, districtus Leopoliensis, inscribit. r. XII, 166.

1129. —— „ —— C. rex testificatur Sbigneum Przestansky de Wolya Lynbeczszka, districtus Zarnoviensis, Dorotheae de Sthawyschycze, consorti suae, 200 marc. dotis et dotalitii super medietate eiusdem villae inscripsisse. r. XII, 166.

1130. *Sine loco, f. 6 ante Purificationis V. M. (28 ian.).* C. rex Stanislao de Chotecz, palatino Russiae, bona Starunya de manibus Jacobi Buczaczsky eximere permittit. r. XII, 166.

1131. —— „ —— C. rex Dobeslao Poplawnyczsky, notario suo, 14 marc. super bonis Tarnawycza et Smotryczow inscribit. r. XII, 166.

1132. *Nova Civitas Corczin, f. 5 post Purificationis V. M. (3 feb.).* C. rex Imbramo et Petro Salomonowiczom, civibus Cracoviensibus et haeredibus in Ogrodzenyecz, fratribus germanis, censum 27 marc. de pistoribus Cracoviensibus, et 13 marc. de zuppis Vyeliczensibus cum 3 bancis salis donativi pro 400 fl. hung. et 200 centenariis plumbi, computando quemlibet per 2 fl. hung. minus uno orth, iure reemptionis vendit. XII, 166.

1133. *Oppathovyecz, f. 6 post Purificationis (4 feb.).* C. rex rev. Andreae Opporowsky recognitionem super 200 fl. pro ratha s. Joannis Baptistae futura (24 iun. 1474) dat. r. XII, 125.

1134. —— *f. 4 post. Valentini (16 feb.).* C. rex Andreae de Ossolin 111 fl. hung. pro argento super oppido et fortalitio Stry cum villis inscribit. r. XII, 167.

1135. —— *f. 4 Cinerum (23 feb.).* C. rex testificatur Andream de Crethkow, castellanum Brestensem, tutores puerorum et bonorum Groth de Nowemyasto, palatinum et capitaneum Ravensem, fratrem suum, et Catharinam de Sprowa, consortem suam, instituisse. XII, 177.

1136. —— *dominica Carnisprivii (27 feb.).* C. rex testificatur Albertum Lubyethowsky, haeredem in Zakrzow, sortem suam ibidem, post mortem patris Nicolai ad se devolutam, Petro Stary de Chorzenycze (Corzenycze), plebano in Radomske, Petro Maly et Petro Dzad, fratribus germanis, pro 50 marc. perpetuo vendidisse. XII, 171.

1137. —— *f. 3 post Invocavit (1 mar.).* C. rex Raphaëli de Jaroslaw, succamerario Praemisliensi et capitaneo Leopoliensi, domum post mortem Marci Lucznik, civis Leopoliensis, iure dominii ae se devolutam, donat. r. XII, 167.

1138. —— „ —— C. rex Nicolao Dambyczsky super villas Clokowa, Rzuchowa, Pogorza Wolya, Zdzary, Cobikowa, in Sandomiriensi, Zyrkowicze, Gnyewyanczyn, Mczow et Clymyanthow, in Cracoviensi terris sitas, ius teutonicum donat. r. XII, 167.

1139. —— *f. 4 post Invocavit (2 mar.).* C. rex Joanni de Rzeschow, episcopo Cracoviensi, super oppidum Biskupicze et villam Strorza, terrae Lublinensis, ius theutonicum donat. r. XII, 167.

1140. —— „ —— C. rex Andreae Kalynsky super bona Calyne, districtus Ravensis, ius theutonicum dat. r. XII, 173.

1141. —— *f. 4 ante Reminiscere (2 mar.).* C. rex in causa inter capitulum ecclesiae Cracoviensis et Joannem Baranowsky, Jacobum Dukelsky et Sbigneum Wlodzyslawsky, tutores puerorum et bonorum Hynczae de Rogow, castellani Sandomiriensis, occasione certorum vasorum et clenodiorum argenteorum, sententiam fert. XII, 168.

1142. *Sine loco, f. 5 ante Reminiscere (3 mar.).* C. rex testificatur Abraham Chranstowsky Catharinae consorti suae 500 marc. dotis et dotalitii super bonis Thuczapy, districtus Wysliciensis, assecurasse. r. XII, 167.

1143. *Sine loco, f. 6 ante Reminiscere (4 mar.).* C. rex Jeronimo, Joanni et Jacobo Kobilensky pro advocatiis in oppidis Stazicza et Zwolien et in villis Ryky et Zyczin 400 marc. super bonis Jadownyky, districtus Woyniczensis, inscribit. r. XII, 167.

1144. —— „ —— C. rex eisdem Kobilensky 200 fl. hung. in mutuum receptos in bonis Jadownyky inscribit. r. XII, 167.

1145. *Nova Civitas Corczin, f. 5 post Reminiscere (10 mar.).* C. rex censum annuum 80 marc. de zuppis Wyelicensibus et Bochnensibus, quem Hyncza de Rogow, castellanus Sandomiriensis, in manus Jacobi de Lysow, Stanislai de Zawada, Stanislai de Schadek, Stanislai de Brzeziny, professorum theologiae, magistri Joannis de Oswaczym, baccalarii formati theologiae, canonicorum s. Floriani ante Cracoviam, et Alberti de Brzesznycza, altaristae ecclesiae Cracoviensis, in sustentationem personarum in hospitalibus Cracoviensibus, deposuerat, pro 4350 fl. hung. in vim reemptionis vendit. XII, 169.

1146. —— „ —— C. rex civibus Croznensibus, ob damna ex invasione hostium, libertatem ad 8 annos dat. r. XII, 168.

1147. —— „ —— C. rex Blasio de Rogusio, fratri ordinis s. Benedicti, et Georgio Dypolth, civi Cracoviensi, super machinis ad prohibendam aquam in montibus plumbi privilegium dat. XII, 170.

1148. —— *f. 6 post Reminiscere (11 mar.).* C. rex Joanni Byely de Sroczkow bona Lelow de manibus Jacobi de Conyeczpole, capitanei Praemisliensis, eximere permittit. r. XII, 168.

1149. —— *f. 6 ante Oculi (11 mar.).* C. regis literae universales super dampnificatione bonorum ecclesiasticorum per eos, qui ad expeditionem eunt. XII, 169.

1150. —— *f. 2 post Oculi (14 mar.).* C. rex Joanni de Thanczyn 100 marc. in oppido Koschicze, districtus Proschoviensis, inscribit. r. XII, 172.

1151. —— *f. 3 post Oculi (15 mar.).* C. rex Nicolao de Nowidwor, castellano Camenecensi, bona Zilynycze, districtus Camenecensis, de manibus Domarathi de Scharawka eximere permittit. XII, 171.

1152. —— „ —— C. rex Jeronimo, Joanni et Jacobo, filiis Joannis Cobylansky, dapiferi Cracoviensis, 120 marc. pro 2 bombardis et 100 fl. hung. pro 4 equis in villa Jadowniky, districtus Woyniczensis, inscribit. r. XII, 171.

1153. —— „ —— C. rex literas super 50 marc. pro equo per se a Jacubowsky empto super villa Byendzychthowycze, districtus Proschoviensis, inscriptas renovat. r. XII, 172.

1154. —— *f. 4 post Oculi (16 mar.).* C. rex Andreae Puschkarzs, tenutario Choyniczensi, 100 marc. super villis Chwirstnowy, Crupsko, Brzeszno, Dlugawiesz, Novaczyrkwa ac super molendinis, ante Choynycza et Dlugawiesz iacentibus, et super molendino Tunklsky Mlyn, quod propriis sumptibus reaedificavit, cum $^1/_3$ parte mellis, ex districtu Czlochoviensi provenientis, inscribit. r. XII, 172.

1155. —— *f. 5 ante Laetare (17 mar.).* C. rex villis Byalyebrzegy, Mysznye, Croscenko, Suchodol, Clowynka, ad ius civile Crosnense spectantibus et ab Hungaris devastatis, libertatem ab omnibus censibus, exceptis censibus agrorum pro se reservatis, ad 2 annos donat. r. XII, 172.

1156. —— *f. 6 ante Laetare (18 mar.).* C. rex villis Thuchow, Brosztek et Kolaczycze libertatem a censibus ad 8 annos, a stationis vero solutione ad 3 annos dat. r. XII, 172.

1157. —— „ —— C. rex Spithkoni de Jaroslaw, palatino Russiae, 100 marc. census annui in theloneo Leopoliensi inscribit. r. XII, 173.

1158. —— *sabbato ante Laetare (19 mar.).* C. rex oppido Pilzno, ab Hungaris exusto, libertatem ad 12 annos dat. r. XII, 172.

1159. —— *dominica Laetare (20 mar.).* C. rex iudaeo Scharae et filio eius Osszva zuppas Dolinenses pro 150 marc. arrendat. r. XII, 173.

1160. —— *f. 3 post Laetare (22 mar.).* C. rex Petro de Prawkovicze, succamerario Sandomiriensi et capitaneo Lanciciensi, 100 marc. super villa Rzeczicza inscribit. r. XII, 173.

1161. —— *f. 5 ante Palmarum (31 mar.).* C. rex mandat, ut omnia itinera antiqua observentur et mercatores ac vectores in Prussiam per civitatem Thorunensem transeant. XII, 173.

1162. —— *f. 6 ante Palmarum (1 apr.).* C. rex oppido Frysthath et villis Lubla, Lubno, Kopythowa, Szraczin, Bobrka, Wyetrzno, Nyszna laka, Machnowka, Obrwynowa, Szboyska, Lazcze, Kobyla, Glynnyk, Stodolyna, Wola, Polomya, Golczowa, Wysoka, Dobrzechow, Grodzysko, Zawada, Okonyn, Podleschany libertatem a datiis, oneribus et podvodis ad 3 annos dat. r. XII, 173.

1163. —— „ —— C. rex Jacobo Syecliczky super bona Syecluca et Syowyna ius theutonicum donat. r. XII, 173.

1164. *Sine loco, sabbato ante Palmarum (2 apr.).* C. rex oppido Jaszlo libertatem ab omnibus datiis et oneribus ad 5 annos dat. r. XII, 173.

1165. —— „ —— C. rex ad petitionem Sandivogii Thanczinsky de Chroberz, praepositi Skarbimiriensis, canonici Cracoviensis et secretarii regii, inter eum et Stanislaum, succamerarium Chelmensem ac Gabrielem, fratres de Morawicza, Nicolaum de Cozubow et Joannem de Lanthkovicze, conantes infringere divisionem bonorum, inter praefatum Sandivogium et fratres eius Andream de Thanczyn, castellanum Malogostensem, et Sbigneum, gladiferum Cracoviensem, factam, vadium 4000 marc. ad finem causae interponit. R. XII, 183.

1166. *Lancicia, f. 4 post Paschae (13 apr.).* Petrus Donyn de Prawkowicze, succamerarius Sandomiriensis et capitaneus Lanciciensis, testificatur ad acta castrensia Lanciciensia introductam esse concordiam et arbitramentum sive ex vi compromissi iudiciale decretum, latum per Jacobum de Brzuzicza, castellanum Junovlodyensem, Kyelcium de Balyno, tribunum Siradiensem, Thomam de Gambicze arbitros, Joannem de Luthomirszko, iudicem Siradiensem, superarbitrum, et per commissarios iudices, per regem deputatos, videlicet: Derslaum de Byelawy, succamerarium Lanciciensem et capitaneum Colensem, Petrum de Banthkow, praepositum Cracoviensem, Florianum de Gay, iudicem Lanciciensem, Petrum de Gay, vexilliferum minorem Lanciciensem, et Matthiam de Prussky, burgrabium Lanciciensem, in causa inter Stanislaum de Choyny Maius et Nicolaum filium olim Laurentii, ac Paulum de ibidem, ab una, et Christinam, relictam olim Chebdae Nyewyeszky, et Catharinam, consortem Joannis Szyodlkowszky, sorores germanas, haeredes de Strykow, parte ab altera, de damnis et iniuriis, per olim Petrum Strykowszky, et filios eius Joannem et Andream, fratres germanos praedictarum Cristinae et Catharinae, ipsi Stanislao de Choyny illatis, vigore cuius quidem decreti, praefatae Cristina et Catharina totas suas portiones in Choyny Maiori et Minori, quas pater ipsarum habuerat, praefato Stanislao Choyenszky et eius successoribus, sub vadio 1000 marc., perpetue resignaverint. XII, 173.

1167. —— *f. 6 post Paschae (15 apr.).* C. rex concordiam inter Stanislaum de Choyny Maiori, Nicolaum, filium olim Laurentii, et Paulum de Choyny, ex una, et Cristinam ac Catharinam, filias olim Petri Strykowszky, parte ex altera, ut supra factam, ratificat. XII, 173.

1168. —— *sabbato infra octavas Paschae (16 apr.).* C. rex Joanni Sassyn de Blaszeyewicze, sculteto villae Skrzany, districtus Gostinensis, olim Janussii, succamerarii Zakroczimensis, haereditariae, sed pro aliis bonis ducalibus ab olim ducibus Masoviae commutatae, privilegium super praefatam scultetiam innovat. SL. XII, 174, 181.

1169. —— *sabbato Adalberti alias Georgii (23 apr.).* C. rex Petro Comorovsky bona Rakovycze de manibus Staszkovsky eximere permittit. r. XII, 175.

1170. —— „ —— C. rex Petro de Comorow 100 sexagenas annui census in zuppis Vyelicensibus et Bochnensibus ad tempora vitae eius inscribit. r. XII, 175.

1171. —— *sabbato Adalberti (23 apr.).* C. rex approbat literas, ob olim Michaële Lassoczsky, succamerario et capitaneo Lanciciensi, in pergameno datas, nunc vero per Joannem Carwath de Stoky, venatorem maiorem Lanciciensem, coram se reproductas, quibus ipse Joannes Carwath bona sua haereditaria Stoki, Lypyny et Wola, terrae Lanciciensis, et sortem villae Syeczechowicze, terrae Cracoviensis, de consensu Annae, consortis suae, Clementis de Straschkowo, vexilliferi minoris Lanciciensis, et Budkonis de Krzyzanowo, patruorum et avunculorum eiusdem Annae, Joanni de Ląky (Lanczsky, Laczsky), fratri suo germano, certis sub conditionibus, resignaverat. XII, 175.

1172. —— *dominica in crastino Adalberti (24 apr.).* C. rex Petro Comorowsky castrum Barvald cum villis de manibus Przedslai de Dmossycze, capitanei Lybovliensis et Podolinensis, eximere permittit. r. XII, 175.

1173. —— *dominica Philippi et Jacobi (1 mai).* C. rex Nicolao Costirka, theloneatori Camenecensi, bona Oloszkow, districtus Camenecensis, de manibus Sczukowska, filiae olim Joannis Bahawsky, eximere permittit et 20 marc. pro Matthia de Staralomza, notario regio, super iisdem bonis ei inscribit. r. XII, 176.

1174. —— „ —— C. rex exspectativam Matthiae de Staralomza super primum beneficium in ecclesia metropolitana Leopoliensi innovat. r. XII, 176.

1175. *Sine loco, in crastino Philippi et Jacobi (2 mai).* C. rex Jeronimo de Nowemyasto, palatinidae Ravensi, curiensi suo, 40 marc. ratione servitii et 30 fl. hung. pro equo in tenuta Ravensi inscribit. SL. r. XII, 177.

1176. *Clodava, f. 3 Inventionis Crucis (3 mai).* C. rex Paulo Jassiensky, marsalco curiae et capitaneo Chelmensi, theloneum Chelmense et Hrubiessoviense, ultra alias literas et summas super dictum theloneum prius extraditas, donat. r. XII, 234.

1177. *In conventione generali Colensi, f. 4 ante Sophiae (11 mai).* C. rex civitati Wschowa a solutione census annui, venditi iure reemptionali, ad 3 annos libertatem dat. r. XII, 177.

1178. *In conventione generali Colensi, f. 4 post Stanislai (11 mai).* C. rex civibus Costensibus super eximenda datia pontali per $^1/_2$ grossum de quolibet curru negotiatorum, mercatorum, vectorum et cmethonum, exceptis curribus cleri et nobilium regni, consensum dat. XII, 177.

1179. —— *dominica Sophiae (15 mai).* C. rex Barbarae Buzynska villam Brzeg, in 450 marc. eidem per olim Joannem de Conyeczpole, capitaneum Siradiensem, obligatam, tenere permittit. r. XII, 177.

1180. —— *f. 2 Rogationum (16 mai).* C. rex Barbarae Buzinska et filio eius Nicolao scultetiam in villa Lubola de manibus Petri sculteti in 24 marc. eximere permittit. r. XII, 177.

1181. —— *f. 2 post Sophiae (16 mai).* C. rex dat literas expurgationis Stanislao Buzensky, rectori ecclesiae parrochialis in Pobyedzyska, nomine Georgii Kyelczyglowsky et Margarethae coniugum, propter inculpationem per Dobeslaum de Curoszwanky, castellanum Rosperiensem, quasi praefatus Stanislaus literas regales super obligatione villae Kyelczyglowy falsificasset. XII, 178.

1182. —— *f. 4 Rogationum (18 mai).* C. rex privilegium Vladislai II regis, anno 1409 datum et per lab. Thomam scultetum et cmethones de villa regali Sczythnyky, tenutae Bartholomaei de Gruszczyno, castellani Calissiensis, coram se reproductum, ratione insolitae dationum ac censuum ex eisdem exactionis, confirmat. SL. XII, 179.

1183. —— *f. 6 in crastino Ascensionis Dni (20 mai).* C. rex testificatur Andream, castellanum Brestensem, et Albertum, plebanum in Isdbicza, germanos et haeredes de Crethkow, occasione oppidi Isdbicza, et villarum Nowawyessz, Krzywawyesz et Sokolowo certam concordiam inter se fecisse. SL. XII, 180.

1184. —— *f. 4 infra octavas Ascensionis Dni (25 mai).* C. rex testificatur Nicolaum de Brudzewo, palatinum Siradiensem, Stanislaum et Joannem de Brzesze alias de Lanszkorana germanos, Jaszkonem de Grabye et Barbaram, consortem suam, tutores puerorum et bonorum suorum elegisse. XII, 181.

1185. *Stara Nyeschewa, f. 4 infra octavas Pentecostes (1 iun.).* C. rex Joanni Swydwa de Schamothuli villam Bythow de manibus Andreae Warzymowsky eximere permittit. r. XII, 180.

1186. *Thorun, f. 4 in vigilia Corporis Christi (8 iun.).* C. rex Bartholdo de Alden et eius masculinis successoribus, ratione servitiorum, $^1/_4$ partem villae Michalaw, districtus Szwieczensis, quam olim Panczerdorfw habebat et quae post mortem eius ad se devoluta est, iure feodali maydemburgensi, una cum $^1/_4$ parte navigii circa Graudencz in fluvio Wisla, perpetuo donat. r. XII, 180.

1187. —— „ —— C. rex Ludovico de Mortang, castellano Culmensi, villam Bolaw, districtus Kyrschpergensis, iure feodali, quod lenracht (!) vocatur, donat. r. XII, 181.

1188. —— „ —— C. rex Georgio Bock, civi Gdanensi, 100 fl. hung. in villa Collen, districtus Gdanensis, una cum lacu, inscribit. r. XII, 181.

1189. —— „ —— C. rex testificatur Matthiam de Sluzewo, vexilliferum Junivladislaviensem, 2000 fl. hung. dotis et dotalitii Nowoykae, filiae Joannis de Kalynowa, castellani Siradiensis, consorti vero suae, super bonis haereditariis: platea in oppido Sluzewo dicta Brzesdsky kanth et villa Volne ac super pecuniis suis in bonis regalibus: oppido Gambicze, villisque Dzerzaszna et Slunsko, districtus Junivladislaviensis, inscripsisse. XII, 189.

1190. —— *f. 5 Corporis Christi (9 iun.).* C. rex Felstorff, castellano Gedanensi, 1000 fl. hung., quos pro constructione molendini et curiae Lybenhoff alias Zayaczkow impendit, super oppido Derschowa, terrae Pomeraniae, inscribit. r. XII, 164.

1191. —— „ —— C. rex Joanni Bayarsky, gladifero Pomeraniae, 50 marc. solidorum in villa Dalwyn, districtus Sobyewydzensis, inscribit. r. XII, 164.

1192. —— „ —— C. rex Indrzyschkoni de Borzeschewo, pincernae Pomeraniae, 50 marc. in bonis Kamyerowo et molendino Lowynkel, districtus Derschoviensis, inscribit. r. XII, 164.

1193. —— „ —— C. rex Joanni Rokendorff, consuli Thorunensi, inscribit in villa Grunaw, districtus Thorunensis, 200 marc. leves, quas ratione captivitatis pro Joanne Kalsen et pro Zegwerth intercessit. r. XII, 164.

1194. —— „ —— C. rex consulibus Elbingensibus ratam solutionis annuae summae 400 fl. de tempore Joannis Baptistae in tempus Nativitatis Domini perpetuis temporibus transfert. r. XII, 164.

1195. —— *f. 4 infra octavas Corporis Christi (15 iun.).* C. rex civitati Thorunensi literas super statione navium frumentariarum, quae oppido Nowe Nyeschowa inhibetur, dat. SL. XII, 184.

1196. *Pyotrkow, f. 2 ante Joannis Baptistae (20 iun.).* C. rex Novae Civitati Corczin libertatem ab omnibus contributionibus et oneribus ad 12 annos dat. r. XII, 181.

1197. —— *die Petri et Pauli (29 iun.).* C. rex cives Radomienses a solutione omnium theloneorum et foralium in civitatibus Szkarzeszow, Szyeczechow et Clwow absolvit. r. XII, 183.

1198. *Pyotrkow, die Petri et Pauli (29 iun.)*. C. rex Venceslao Roszycowsky, advocato in Schadek, dictam advocatiam pro 600 marc. Przedborio de Conyeczpole, curiensi regio, vendere permittit et venditionem eius confirmat. r. XII, 183.

1199. —— *f. 6 vigilia Visitationis V. M. (1 iul.)*. C. rex Conrado alias Cuncza, tribuno Haliciensi, villam Antiqua Bobrka, ei in certis summis obligatam, pro alia villa regali Gay, districtus Leopoliensis, cum Clemente de Dmoschin permutare consensum dat. r. XII, 182.

1200. —— „ —— C. rex in causa inter Catharinam, relictam Jacobi de Slathkowo, ab una, et Joannem, privignum eius, una cum pueris, parte ab altera, occasione medietatis bonorum Maioris Slathkow, Conarzewo, Conarzewszka Wola et Nagorne Slathkowo, eidem Catharinae a Jacobo, marito eius, ratione dotis et dotalitii reformatorum, sententiam fert. SL. XII, 183.

1201. —— *f. 2 infra octavas Visitationis V. M. (4 iul.)*. C. rex oppidanos de Bobrka, ratione incendii, ab omnibus exactionibus et oneribus ad 10 annos libertat. r. XII, 184.

1202. —— *f. 3 in crastino Procopii (5 iul.)*. C. rex Dobeslao de Vysznycze, castellano Lublinensi, 60 marc. salarii annui in zuppis Wyelicensibus et Bochnensibus assignat. r. XII, 184.

1203. —— *f. 3 infra octavas Visitationis V. M. (5 iul.)*. C. rex Nicolao de Cuthno, palatino Lanciciensi et capitaneo Gostinensi, 70 marc. super redditibus oppidi Gostynyn, donat. r. XII, 185.

1204. *Sine loco, f. 4 infra octavas Visitationis V. M. (6 iul.)*. C. rex Andreae de Schamotuli, castellano Myedzyrzecensi, villas Murzynowo et Lagewnyky, districtus Pysdri, de manibus Georgii Bog, civis Posnaniensis, eximere permittit. r. XII, 184.

1205. —— „ —— C. rex cum dicto Andrea de Schamotuli, ratione bonorum Myedzyrzecz, certam concordiam init. r. XII, 184.

1206. *Radoschicze, dominica ante Margarethae (10 iul.)*. C. rex proconsuli et consulibus civitatis Thorunensis bona regalia castrum Byrzylow, districtus Thorunensis, de manibus Joannis Czigenhalz, civis Thorunensis, eximere permittit. r. XII, 185.

1207. —— „ —— C. rex Joanni Trost, civi Thorunensi, partem quatuor medietates molendinorum, extra civitatem Thorunensem consistentium, in certa summa obligare permittit. r. XII, 185.

1208. *Nova Civitas Corczin, f. 5 post Jacobi (28 iul.)*. C. rex testificatur Przedslaum de Dmosycze, capitaneum Lubowliensem et Podolinensem, 1400 fl. dotis et dotalitii, Catharinae de Tharnow, consorti suae, in medietate omnium bonorum suorum inscripsisse. r. XII, 185.

1209. —— *f. 6 post Jacobi (29 iul.)*. C. rex Stanislao, castellano Zarnoviensi, et Nicolao, burgrabio et vicecapitaneo Cracoviensi, haeredibus de Sydlowyecz, villam Dzywrow, districtus Radomiensis, Michaëli, abbati S. Crucis Calvimontis, vendere permittit. SL. XII, 185.

1210. —— *f. 6 ante Petri ad vincula (29 iul.)*. C. rex Przeczslao de Dmossycze, capitaneo Lubovliensi et Podolinensi, 800 fl. hung. occasione resignationis certarum villarum, ad castrum Barwath pertinentium, inscribit. r. XII, 185.

1211. —— *f. 3 post Petri ad vincula (3 aug.)*. C. rex testificatur Joannem de Curozwanky Annae, filiae Joannis Felicis de Tharnow, castellani Visliciensis, consorti suae, 4400 fl. hung. super medietate bonorum et summarum suarum inscripsisse. r. XII, 186.

1212. *Ante Sczenyawa, f. 5 post Mathaei (22 sep.)*. C. rex Joanni Scipersky sortes bonorum in Szakowycze et Boczkowo, districtus Calischiensis, propter absentiam in praesenti bello Vincentii Szakowsky confiscatas, donat. r. XII, 191.

1213. *In campo Regia Mte exercitualiter exsistente post civitatem Holawa, iuxta fluvium Holawka, f. 6 11000 Virginum (21 oct.)*. C. rex bona haereditaria Myenyschow, Robacow, Bronow, Zacharow et Czechel, districtus Calissiensis, propter absentiam in bellica expeditione, quae erat versus Sleziam suscepta, Alberti Myenyschowsky, Joannis Robakowsky, Joannis Bronowsky, Michaëlis et Joannis Czechelsky, Matthiae Radzymsky donat. r. XII, 186.

1214. —— „ —— C. rex bona Noszkow, Lgocz, Slaborowycze, Lenarthowycze et Zawydowycze, districtus Calissiensis, propter absentiam in bellica expeditione Alberti de Noszkow, Alberti de Lgocz, Georgii de Slaborowycze et Elisabethae de Lenarthowycze et Zawydowycze, Stanislao de Maiori Sobothka donat. r. XII, 186.

1215. *Juxta civitatem Holawa, die 11000 Virginum (21 oct.)*. C. rex bona Borzyslawycze, terrae Siradiensis, nob. Stephani, propter ipsius negligentiam in bellica expeditione, Alberto de Borzyslawycze et Bucowina donat. r. XII, 189.

1216. —— „ —— C. rex bona haereditaria Woyczyechowycze, districtus Sandomiriensis, propter negligentiam in bellica expeditione versus Sleziam Joannis Nyegoslaw, Joanni, advocato in Inowlodz, donat. r. XII, 189.

1217. —— „ —— C. rex bona Domaradzycze, districtus Sandomiriensis, propter negligentiam in paranda expeditione bellica versus Sleziam Petri Koth, Jacobi et Petri Volky dictorum, Joannis et Stanislai Luthek, Paulo Sborzensky donat. r. XII, 189.

1218. *Juxta civitatem Holawa, die 11000 Virginum (21 oct.).* C. rex quasdam summas Annae Radwanska et Nicolai, filii eius, certis in locis repositas, ratione negligentiae servitii in bellica expeditione, Andreae de Gay, tenutario in Obornyky, donat. r. XII, 190.

1219. —— „ —— C. rex bona Nyeswatowycze nob. Matthiae, propter ipsius negligentiam in bellica expeditione, Alberto Jablonsky donat. r. XII, 190.

1220. *Ante civitatem Vratislaviensem, f. 4 in crastino OO. SS. (2 nov.).* C. rex bona Parsznow, districtus Ostrzeschoviensis, propter absentiam Michaëlis de Parsznow haeredis et Stanislai, generi ipsius, in bellica expeditione versus Sleziam, Thomae Campyensky donat. r. XII, 186.

1221. *In campo exercitualiter rege exsistente ante Wratislaviam, f. 2 ante Martini (7 nov.).* C. rex bona Zydowo, Gluchowo, Orele Maius, Przeczslawie et sortem in Nogewo, districtus Posnaniensis, ob absentiam Sandivogii de Zydowo in bellica expeditione, versus Slesiam suscepta, Joanni Byeli de Sroczkow donat. XII, 194.

1222. *Ante civitatem Wratislaviensem, f. 3 ante Martini (8 nov.).* C. rex sortes in villis Zahoczewye, Bayska, Bukowsko, utraque Walicza, Wyslok et Belchowka, quae ad Petrum, Catharinam, Barbaram et Martham, pueros olim Zuzannae, neptis Petri de Bayska, vexilliferi Sanocensis, successione materna pertinebant, ob negligentiam in bellica expeditione praesenti, Nicolao Strzeszowsky, curiensi suo, donat. r. XII, 190.

1223. —— *f. 4 ante Martini (9 nov.).* C. rex sortes haereditarias in Pilchovicze et Swieczechow, districtus Opocznensis, propter absentiam in expeditione bellica Nicolai et Joannis Wietrzichowye de Pilchowicze ac Stanislai et Nicolai Wyanczlowovicz de Swyeczechow, Przeczslao Slawyensky de Cotussow donat. r. XII, 186.

1224. —— *f. 3 post Martini (15 nov.).* C. rex sortes in Kaczky, in districtu Siradiensi, et Moszkurna, districtus Calissiensis, quas Paulo Kaczkowsky et Joanni ac matri eius Annae de Moszkurna, propter negligentiam in expeditione bellica, recepit, Paulo Oszepowsky donat. r. XII, 187.

1225. —— „ —— C. rex medietatem villae Zwrowicze Minoris, terrae Praemisliensis, propter absentiam Daschconis Zvrowsky in bello praesenti, Joanni Morawsky, cubiculario suo, donat. r. XII, 187.

1226. *Versus Swydnycza, f. 4 Clementis (23 nov.).* C. rex Benedicto de Walknowy, iudici Wyelunensi, 50 marc. in bonis Ossyek, districtus Wyelunensis, inscribit. r. XII, 187.

1227. *In campo post Wratislaviam, f. 4 Clementis (23 nov.).* C. rex Raphaëli de Jaroslaw, capitaneo Leopoliensi, 600 fl. hung. in bonis Grodek, tenutae eius, inscribit. r. XII, 187.

1228. *In campo exercituum regalium versus Styenawa, f. 2 ante Andreae (28 nov.).* C. rex Andreae de Schamothuli, castellano Myedzyrzecensi, 600 fl. hung. debiti in tenuta eius Myedzyrzecz inscribit. XII, 187.

1229. *Ante Stynawa, f. 2 ante Andreae (28 nov.).* C. rex bona Marsczybrody et medietatem villae Kossyorky, districtus Lukoviensis, propter absentiam Leonardi Marsczybrodsky in expeditione bellica a se recepta, Jacobo de Skromowicze donat. r. XII, 187.

1230. —— „ —— C. rex testificatur Jacobum de Conyeczpole, praepositum s. Floriani extra muros Cracovienses et capitaneum Siradiensem, et Predborium de ibidem, fratres germanos, bona sua haereditaria Wolya Chelinska et partem villae Przegorzaly, terrae Cracoviensis, Nicolao Zarogowsky, haeredi de Byelani et consuli Cracoviensi, pro 2000 marc. vendidisse. SL. XII, 188.

1231. *In loco campestri post oppidum Parchowycze, f. 2 ante Andreae (28 nov.).* C. rex Paulo Jassiensky, vicethesaurario regni et Chelmensi capitaneo, 900 fl., quos ad intercessionem regis Sdeslao Jenyk bohemo solvit, super theloneo Hrubiessoviensi, assignat. r. XII, 234.

1232. *Ante Styenyawa, f. 3 in vigilia Andrae (29 nov.).* C. rex bona Powolowicze in Brestensi et Qwilin in Radzeoviensi districtibus sita, propter negligentiam in bello recepta, Joanni Jankowsky, cubiculario suo, donat. r. XII, 190.

1233. *Ante Ponyecz, f. 2 ante Nicolai (5 dec.).* C. rex sortem in villa Thlumokowa Wolya, districtus Calissiensis, propter absentiam Petri Czagosch de ibidem in expeditione bellica, Stanislao Thlumok de Wolya donat. r. XII, 190.

1234. —— *f. 3 Nicolai (6 dec.).* C. rex testificatur Joannem Swydwa de Schamothuli bona Woywanowicze, medietatem villae Lankava et unum mansum in Bobyno Joanni Zaramba de Kalynowa, castellano Siradiensi, pro 2000 fl. hung. vendidisse. r. XII, 190.

1235. *In oppido Crobya, f. 4 in vigilia Conceptionis V. M. (7 dec.).* C. rex Joanni Zaramba, castellano Siradiensi, 100 marc. in villa Crassowicze, districtus Calissiensis, inscribit. r. XII, 188.

1236. —— „ —— C. rex Thomae Kampyensky, ratione dampnorum in bello praesenti perceptorum, 50 marc. in villis Jankowo et Domaborow, districtus Ostrzeschoviensis, inscribit. r. XII, 190.

1237. *Crobya, f. 5 Conceptionis V. M. (8 dec.).* C. rex, 70 marc. ratione certi debiti et 100 marc. ratione servitiorum super oppido Malogoscz et villis adiacentibus inscribit et assignat. r. XII, 190.

1238. *Pyszdri, f. 5 ante Luciae (8 dec.).* C. rex Andreae de Crethcow, castellano Brestensi, 100 marc. in oppido Rogoszno inscribit. r. XII, 190.

1239. *Dolsko, f. 6 in crastino Conceptionis V. M. (9 dec.).* C. rex Joanni Zaramba, castellano Siradiensi, 100 marc. super exactione 2 grossorum terrae Wyelunensis inscribit. r. XII, 191.

1240. *Pyszdri, f. 4 post Luciae (14 dec.).* C. rex Dobeslao, castellano Praemisliensi, 100 marc. in oppido Glynyany, terrae Leopoliensis, inscribit. r. XII, 190.

1241. —— *f. 5 post Luciae (15 dec.).* C. rex Spithconi de Jaroslaw, palatino Russiae, 100 marc. in villa Wyrzrachanye, districtus Belzensis, inscribit. r. XII, 191.

1242. —— „ —— C. rex Raphaëli, capitaneo Leopoliensi, villam Sczuczenossy, districtus Grodecensis, de manibus nob. Czeczuradi eximere permittit. r. XII, 191.

1243. —— *sabbato post Luciae (17 dec.).* C. rex Andreae Puschkarzs, tenutario in Choynycza, 300 fl. hung. super villis Chwyrzstnowy, Crupsko, praedio Brzeszno, Dlugawyesz et Nova Czyrkyew, districtus Czlochoviensis, cum molendino Thunkelsky et altero ante civitatem Choynycza, iuxta villam Dlugawyesz sito, inscribit. r. XII, 191.

1244. —— „ —— C. rex Paulo Jassiensky, thesaurario regni, Chelmensi et Belzensi capitaneo, theloneum Chelmense et Hrubiessoviense pro uno anno, post collectionem aliarum pecuniarum in eodem theloneo inscriptarum, ratione servitii donat. r. XII, 233.

1245. *Radom, f. 6 ante Circumcisionis Dni (30 dec.).* C. regis literae ad dignitarios et officiales regni de Jacob Anselmi, iudaeo de Venetiis, cui una cum eius amicis et agnatis ad inhabitandum in quibuscunque civitatibus et oppidis regni salvus conductus datus est. XII, 192.

1246. —— *f. 6 (! sabbato) Silvestri (31 dec.).* C. rex Benedicto et Joanni hungaris 50 sexagenas census annui, donec in Polonia eos morari contigerit, assignat. r. XII, 194.

1247. —— „ —— C. rex Ladislao et Helye hungaris curiensibus donec in regno morari eos contigerit, 50 sexagenas census annui in zuppis Cracoviensibus assignat. r. XII, 194.

1248. —— *sabbato ante Circumcisionis Dni (31 dec.).* C. rex Andream episcopum Posnaniensem, Stanislaum de Ostrorog, palatinum Posnaniensem, Joannem de ibidem Posnaniensem et Dobrogostium de ibidem Gnesnensem castellanos, nuntios suos ad conventum in oppido Pnyewy pro die s. Georgii (23 apr. 1475) cum nuntiis Alberti, marchionis Brandenburgensis, et tractatus de conditionibus matrimonii inter Sophiam, secundogenitam filiam suam, et Fridericum, filium Alberti, marchionem Brandenburgensem, constituit. XII, 192.

1249. —— *sabbato Silvestri (31 dec.).* Casimirus, Poloniae rex, et Ludovicus, Bavariae dux, pacta matrimonialia inter Domicellam Hedvigim, regis filiam, et Georgium, Ludovici filium, confirmant. XII, 201.

1250. ..... Pro expeditione bellica versus regnum Hungariae instructa servitoribus stipendiariis infrascriptis datae sunt literae indemnitatis ipsorum servitii, incipiendo a die eorum ostensionis ad quartale anni: inprimis Byely Jacub super 100 equos, item Gnyad Pyotr super 40 equos, item Petro Kolaczkowsky super 15 equos, item Martino Sborowsky super 200 equos citra vel ultra, item Stanislao Srzenyavye super 30 equos, item Nicolao Barczkowsky super 40 equos, item Mylcowsky et Jurczyczsky super 100 equos, item Marcum militem super 40 equos, item Plavyecz cum Skorkowsky super 100 pedites et 4 equos. n. XII, 163.

1251. ..... C. rex ven. Anthonium de Ipolitis Pistoriensem doctorem in curia romana et apud sedem apostolicam advocatum ac nuntium suum generalem instituit. XII, 166.

1252. Census annuus pro locis infrascriptis venditus et in zuppis Wyelicensibus et Bochnensibus designatus: primo, pro hospitali s. Spiritus vetularum et puerorum in Cracovia 20 marc., per 5 marc. pro 4 temporibus, pro 1087½ fl.; item pro hospitali s. Hedvigis 26 marc. similiter, pro 1087½ fl.; item pro monasterio s. Agnetis alias sororum s. Bernardini extra Cracoviam in Stradomya 16 marc. pro toto anno, per 4 marc. pro 4 temporibus, pro 870 fl.; item pro leprosis foeminei sexus ad s. Valentinum in Cleparzs pro toto anno 8 marc., per 2 marc. pro 4 temporibus, pro 435 fl.; item pro leprosis masculis ad s. Leonardum ante Kazimiriam 2 marc. super quodlibet quartale 4 temporum, pro toto anno 8 marc., pro 435 fl.; item pro clericis infirmis et hospitali eorum in platea s. Spiritus in Cracovia in toto anno 8 marc., emptae pro 435 fl. hung., pro quibuslibet 4 temporibus per 2 marcas. n. XII, 171.

1253. ..... Conditiones, quas tenere debeant terrigenae, ad bellum euntes, et quanti victualia comparare debeant. XII, 172.

1254. ..... C. rex testificatur Nicolaum de Crayow, vexilliferum Sandomiriensem, partem suam haereditariam in Cvnyeczko Stanislao, Joanni et Paulo de Szulygosthow perpetuo vendidisse. r. XII, 172.

1255. ..... C. rex Joanni et Cleophae, fratribus germanis de Mlodowycze ius theutonicum super bona Cruszowycze, Jaszkmanicze, Odmoszycze et Clekowycze donat. r. XII, 183.

1256. ..... C. rex oppido Chmyelnyk, in terra Podoliae sito, tenutae Joannis de Szprowa, privilegium super nundinas ad beneplacitum suum dat. r. XII, 183.

1257. ..... C. rex Przedslao de Dmossycze 2000 fl., ratione impensarum pro castrorum provisione, super bonis in Scepusio, tenutae eius, inscribit. r. XII, 186.

1258. ..... C. rex Petro Komorowsky bona Barwalth de manibus Przedslai de Dmossycze in 3000 fl. eximere permittit, eidemque 2000 fl. super iisdem bonis inscribit. r. XII, 186.

1259. ..... C. rex eidem Comorowsky castrum Othczecz de manibus Ludymiliae Slaboschowa eximere permittit, eique 3000 fl. super eodem inscribit. r. XII, 186.

1260. ..... C. rex eidem Comorowsky 100 marc., ratione expensarum, quas in Lanciciam ad regem eundo fecit, solvere promittit. r. XII, 186.

1261. ..... C. rex eidem Komorowsky 2000 fl. pro festo s. Michaëlis per annum reddere promittit. r. XII, 186.

1262. ..... C. rex villae Nowawyesch in Scepusio libertatem ab omnibus solutionibus ad 4 annos dat. r. XII, 186.

1263. ..... C. rex incolis villae Libycza libertatem alias alleviationem censuum et proventuum ad annum dat. r. XII, 186.

1264. ..... C. rex domum olim Hynczae de Rogow, in Nova Civitate Korczyn, in platea Castrensi, iuxta fluvium Nyda sitam, Petro Schyp, servitori reginae, cum libertate ab exactione, podvodis et contributione civili, donat. r. XII, 189.

1265. ..... C. rex testificatur Stanislaum de Zacrzow Barbarae, consorti suae, 40 marc. dotis et dotalitii super medietate bonorum suorum inscripsisse. r. XII, 189.

1266. ..... C. rex tres laneos dictos Garbowskye, circa Krasnystaw sitos, propter negligentiam in expeditione bellica prov. Joannis Lyssykon, civis in Krassnystaw, Sigismundo Smyothanka donat. r. XII, 189.

1267. ..... C. rex sortes bonorum in Godzanthkow Gregorii Schethlewsky, Nicolai Pawlowsky et eorum consortum, necnon Jacobi Byskupyczsky, propter absentiam ab expeditione bellica, Sandivogio Grandsky donat. r. XII, 189.

1268. ..... C. rex Nicolao Slabosch, tenutario in Oczecz, 30 fl., quos pro Janussio Dlugosch intercessit, in eadem tenuta inscribit. r. XII, 190.

1269. ..... C. rex villam Labunky propter negligentiam in expeditione bellica nobb. Czarny Janowye Paulo Hunowski, palatino Belzensi, donat. r. XII, 190.

1270. ..... C. rex eidem palatino 200 fl. hung., quos pro rege theloneatori Cracoviensi exsolvit, in villa Przeborowye inscribit. r. XII, 190.

1271. ..... C. rex Annam, consortem Sandivogii Zydowsky, restituit circa inscriptionem dotis et dotalitii, quam in bonis Zydow, districtus Posnaniensis, necnon in domo Posnaniae sita, habebat; post mortem vero Annae summae inscriptae ad Joannem Byely vel successores eius, datis 100 marcis successoribus vel proximioribus dictae Annae, devolvere debebunt. XII, 193.

1272. ..... C. rex laneum in Dzyersanow cuiusdam Pawlyk, propter absentiam eius in expeditione bellica versus Sleziam, nob. Vaczlaw Borkowsky donat. r. XII, 191.

1273. ..... C. rex Dominico de Cazanow, capitaneo Radomiensi, ob absentiam bellicae expeditionis versus Sleziam sub Phalibogio, cive Lucoviensi, privilegium super bona Trzebyeszow dat. r. XII, 191.

1274. ..... C. rex Dvnyn 100 marc. in Rzeczycza et villis adiacentibus ratione servitii inscribit. r. XII, 191.

1475.

1275. *Kozinicze, f. 2 in crastino Circumcisionis Dni* (*2 ian.*). C. rex Jeronimo de Nowemyasto, curiensi suo, 130 marc. ratione servitiorum super castro et civitate Ravensi, tenuta patris eius, inscribit. r. XII, 191.

1276. *Radom, f. 3 post* (*1 ante ? confer. № 1245*) *Circumcisionis Dni* (*3 ian.*). C. rex Jacob Anselmi, iudaeo de Venetiis, cum amicis et cognatis eius in quibuscunque civitatibus et oppidis regni Poloniae inhabitare concedit. XII, 192.

1277. *Lucow, f. 4 post Circumcisionis Dni* (*4 ian.*). C. rex Paulo Jassiensky, thesaurario regni, Chelmensi et Belzensi capitaneo, 100 marc. ratione servitii in theloneo Chelmensi et Hrubiessoviensi inscribit. r. XII, 233.

1278. —— *f. 5 ante Epiphaniarum* (*5 ian.*). C. rex eidem Paulo de Jassyenyecz 200 marc. super bonis tenutae eius Chelm et Hrubiessow ratione servitii inscribit. r. XII, 233.

1279. *Lanndshut, die Agathae* (*5 feb.*). Ludovicus, Bavariae dux, 64000 fl. hung. dotis et dotalitii Domicellae Hedvigi, Casimiri regis filiae, Georgii filii sui consorti, in districtibus Trosberg, Trawnstam, Crayburg et Mermosen inscribit. XII, 202.

1280. *Lublin, f. 2 ante Joannis Baptistae (19 iun.).* C. rex Pauli Jassiensky, thesaurarii regni, rationem de quitantiis, quas ad eum super census regios et exactionem alias fumalia dabat, qui census, incipiendo a f. 4 Mariae Magdalenae (22 iul.) anni 1472, 1749 marc. 16 gr. faciunt, approbat, r. XII. 234.

1281. —— *f. 3 ante Joannis Bapt. (20 iun.).* C. rex Paulo Jassiensky, thesaurario regni, 100 marc. ratione servitii super theloneo Chelmensi et Hrubiessoviensi inscribit. r. XII, 233.

1282. *Nova Civitas Corczin, f. 2 post Visitationis V. M. (3 iul.).* C. rex Joanni Gambala, civi Lublinensi, 45 marc., per manus Pauli de Jassyenyecz, thesaurarii regni, receptas, super theloneo aggeris Lublinensis dicto grobelnye inscribit. XII, 192.

1283. —— *in conventione generali, f. 3 infra octavas Visitationis V. M. (4 iul.).* C. rex Joanni de Tegel, Imbramo et Petro Schalomonowiczom, haeredibus de Ogrodzenyecz, Joanni Turzy de Cracovia et Henrico Snellenberk de Thorun per magistrum Petrum de Felsan sive per quosqunque alios magistros et artifices, per ipsos eligendos, sumptibus eorum machinas et instrumenta super fodinis et montibus, circa Ilkusch iacentibus, in quibus minera plumbi reperitur, construendi, certis sub conditionibus, ad 18 annos libertatem dat. SL. XII, 205.

1284. —— *f. 5 post Visitationis V. M. (6 iul.).* C. rex, ad petitiones Nicolai Chrosczel et Petri Grammatica, bona et haereditates ipsorum Midlowecz, Crampa et Hvbnyn, districtus Sandomiriensis, de iure polonico in ius meydburgense transfert. SL. XII, 194.

1285. —— *f. 2 post Kylyani (10 iul.).* C. rex consulibus Lublinensibus venditorium alias szmatrusz dictum in civitate et circulo Lublinensi aedifare permittit. SL. XII, 197.

1286. —— *f. 3 ante Margarethae (11 iul.).* C. rex testificatur Nicolaum Minorem de Ostrow, tenutarium Kazimiriensem, curiensem regium, Sophiae, filiae Joannis de Pylcza, castellani Cracoviensis, uxori vero suae 2000 fl. hung. dotis et dotalitii super bonis suis haereditariis et super medietate summarum, quas in bonis regalibus Kazmirzs et Wąwalnycza cum villis inscriptas habeat, superque ceteris bonis, quae in terris Sandomiriensi et Lublinensi una cum fratre suo ven. Joanne possideat, inscripsisse. XII, 193.

1287. —— „ —— C. rex Nicolao de Mirzanowicze villam Wilkolaska Wola, districtus Vrzadoviensis, terrae Lublinensis, in certis summis Derslao palatino Cracoviensi obligatam, de manibus Joannis et Lassothae de Lopyennik, eximere permittit. r. XII, 193.

1288. —— „ —— C. rex terminum solutionis 800 fl. hung., in quibus Joannes Amor de Tharnow, castellanus Woynycensis, Joanni Baranowsky obligatur, pro infra duas septimanas post festum s. Martini proximum (11 nov.) differt. r. XII, 195.

1289. —— *f. 5 Margarethae (13 iul.).* C. rex, cum consensu praelatorum et consiliariorum suorum, decretum de non assignanda pensione personis inordinatis e beneficiis ecclesiasticis fert. XII, 198.

1290. —— *f 6 in crastino Margarethae (14 iul.).* C. villam Kopky, districtus Sandomiriensis, quae uti bona regalia a Vladislao rege Joanni de Pylcza, castellano Cracoviensi, in 60 marcis ad tempora vitae obligata erant, audita attestatione consiliariorum suorum, quod bona haec iure haereditario ad Stanislaum et Thomam Coritho, filios olim Nicolai Corithko, pertineant, eisdem proprietariis restituit. SL. XII, 195.

1291. —— „ —— C. rex iudicio supremi iuris theutonici castri Sandomiriensis sigillum perpetuo donat. SL. XII, 200.

1292. —— *sabbato post Margarethae (15 iul.).* C. rex Nicolao Creydlar, burgrabio castri, consuli et theloneatori Cracoviensi, super villas Stognyewicze et Crzyssowicze iuris theutonici literas dat. r. XII 195.

1293. —— *f. 2 Alexii (17 iul.).* C. rex Nicolao de Cosczelecz, palatino Junivladislaviensi et capitaneo Mariemburgensi, villam Ladekopp, in Maiori Insula alias Zolawa sitam et ad castrum Mariemburgense pertinentem, Rudolpho Ffelstede, civi Gdanensi, obligare et rursus redimere permittit. r. XII, 195.

1294. —— „ —— C. rex eidem Nicolao de Cosczelecz aliam villam, quam voluerit, in eadem Insula, nobili Pyerzyna obligare et rursus redimere permittit. r. XII, 195.

1295. —— *f. 2 ante Petri ad vinc. (31 iul.).* C. rex Derslao de Rythwyani, palatino Cracoviensi et capitaneo Sandomiriensi, 1150 fl. hung. debiti super censibus annuis, a iudaeis Cracoviensibus et Sandomiriensibus solvendis, inscribit. r. XII, 195.

1296. —— „ —— C. rex testificatur Jeronimum, olim Joannis Cobylensky filium, suo et Joannis Jacobique, germanorum suorum minorennium, nomine, Sbigneo Wlodzyslawsky 1000 fl. hung. ratione dotis Catharinae, consortis eius, super summis, in bonis regalibus Janowicze, Wronowicze, et Maczska Wolya, districtus Schadkoviensis, inscriptis, reformasse. XII, 196.

1297. —— *f. 3 Petri ad vinc. (1 aug.).* C. rex Joanni Lassothsky, canonico Lanciciensi et tenutario Srzemensi, super statione de curia Srzemensi et villis pertinentibus 600 marc., quas pater eius, olim Michaël Lassothsky, succamerarius et capitaneus Lanciciensis ac tenutarius Srze-

mensis, olim Vincentio de Gyszicze, ducatus Masoviae marsalco, pro rege persolvit, inscribit. XII, 197.

1298. *Nova Civitas Corczin, f. 4 in crastino Petri ad vinc.* (*2 aug.*). C. rex, audita sententia arbitrorum Eustachii de Sprowa, castellani Radomiensis, et Joannis de Rzeschow, tribuni Leopoliensis et capitanei Novae Civitatis Korczin, in causa inter Dobeslaum de Kyany et Andream de Ossow, ab una, et Stanislaum doctorem de Przemankow plebanum, parte ab altera, occasione pratorum et pascuorum, inter bona et haereditates eorum consistentium, decretum fert. XII, 197.

1299. —— *f. 5 post Petri ad vinc.* (*3 aug.*). C. rex Joanni Podwyrzbyeczsky, pro Alberto Borowsky notario, inscribit 67 marc. in villa Dobyeslawcze, districtus Colomiensis, quas pro ipso rex intercessit, transferendo summam eandem de bonis Coszlow, in quibus eidem Alberto prius inscripta erat. r. XII, 199.

1300. *In campo, 28 augusti.* Literae Amira sultani Mechemetbek, imperatoris Turcorum, ad Casimirum regem de mutuis oratoribus et nuntiis mittendis. XII, 216.

1301. *Cracovia, dominica ante Nativitatis V. M.* (*3 sep.*). C. rex intercedit 100 sexagenas pro Michaële de Buczacz, capitaneo Snyathinensi, apud Sophiam et Catharinam, filias nob. Podolecz et praefatam summam in bonis Coslkowcze inscribit. r. XII, 203.

1302. —— „ —— C. rex intercedit 50 marc. pro eodem Michaële de Buczacz apud easdem Sophiam et Catharinam ac dictam summam in bonis regalibus Laschkowcze, tenutae ipsorum, inscribit. r. XII, 203.

1303. *Sine loco, in crastino Exaltationis Crucis* (*15 sep.*). C. rex Andreae Swystelnyczsky bona Nowycza de manibus nobb. Ffyedor, Ffyedko et Andreae de ibidem eximere permittit. r. XII, 204.

1304. —— „ —— C. rex Andreae Swystelsky monasterium Perehynsko cum villis pro augmento suae administrationis dat. r. XII, 204.

1305. —— *f. 5 in crastino Francisci* (*5 oct.*). C. rex inter Joannem Lassoczsky, tenutarium in Srem, et cives eiusdem oppidi 2000 fl. vadii ratione pacis et mutae securitatis hincinde servandae vallat. r. XII, 205.

1306. *Posnania, dominica ante Hedvigis* (*8 oct.*). C. rex et Albertus marchio Brandenburgensis, pacta matrimonialia et dotalia inter Fridericum, marchionis filium, et Sophiam, regis filiam, approbant. SK. et per manus Friderici episcopi Lubucensis. XII, 207.

1307. —— *f. 2 ante Hedvigis* (*9 oct.*). C. rex Joanni Ralyewsky, tenutario in Powycz 63 marc. super dicto oppido ratione quatuor partium, quas suis pecuniis in villa Rzyemachow districtus Gnesnensis, emit, inscribit. r. XII, 205.

1308. —— *f. 3 ante Hedvigis* (*10 oct.*). C. rex Alexandrum de Halycz nobilitat et clenodium dictum Rawa ei donat. r. XII, 205.

1309. —— *f. 3 ante Hedvigis* (*10 oct.*). C. rex consentit, ut Joannes de Opporow, astellanus Brzestensis et capitaneus Crusvicensis, medietatem thelonei Brestensis in 430 fl. Nicolao Dobrowsky, gladifero Junivladislaviensi, obligare possit. r. XII, 209.

1310. —— *f. 4 ante Hedvigis* (*11 oct.*). C. rex testificatur Bartholomaeum Gruszczynsky de Ivanovicze, castellanum Calischiensem, 4 sortes in Brudzewo, 4 sortes in Bolemowo es sortem in Lype, in districtu Calissiensi sitis, pro 6 mansis in villa deserta Drzeszno, districtus, Naclensis, et 1600 fl. hung. cum Przethslao de Potulycze, castellano Rogosznensi, permutasse. SK. XII, 209.

1311. —— *f. 2 Galli* (*16 oct.*). C. rex textoribus civitatis Costensis stamina pannorum eorum laboris plumbato signo, turrim et C. versuale effigiente, signare permittit. r. XII, 210.

1312. —— „ —— *alias in crastino Hedvigis* (*16 oct.*). C. rex, in causa inter Brigidam relictam olim Simonis Pakosczsky, ex una, et Agnethem, Nicolai Janowsky, castellani Srzemensis. Catharinam Andreae de Myslyborzicze, vexilliferi Dobrinensis, uxores, et virginem Margaretham de Pakoscz haeredes, sorores germanas, ex altera parte, occasione dotis et dotalitii praefatae Brigidae, cui medietas oppidi Pakoscz et villa Pakosczkawyesz inscripta est, decretum fert. XII, 210.

1313. —— *f. 3 in vigilia Lucae* (*17 oct.*). C. rex Andreae episcopo et capitulo Posnaniensi, incolisque oppidorum Srzodka, Walischewo et Ostrow sal e zuppis Bochnensibus et Wieliczensibus ad dicta oppida ducere facultatem dat. r. XII, 211.

1314. —— „ —— C. rex Christophoro de Nawoyowo 200 marc. leves super bonis Bussow et Bestenhan inscribit. r. XII, 211.

1315. —— „ —— C. rex Ludovico de Mortung, palatino Culmensi, quietationem ad Gdanenses super 50 fl. hung. dat. r. XII, 211.

1316. —— „ —— C. rex Nicolao de Bayzen, curiensi suo, quietationem ad Gdanenses super 30 fl. dat. r. XII, 211.

1317. —— *f. 4 Lucae* (*18 oct.*). C. rex Sandivogio de Czarnkow, castellano Santhoczensi et tenutario in Cleczsko, 675 fl. hung. de certo calculo et 130 fl. hung., pro Andrea Gor-

sky, curiensi suo, intercessos, pro festo s. Joannis Baptistae (24 iun. 1476) proxime venturo solvere promittit. XII, 211.

1318. *Sroda, f. 5 post Lucae (19 oct.).* C. rex testificatur Thomam Slupsky, gladiferum Posnaniensem, Barbarae consorti suae, 800 marc. dotis et dotalitii in tota Slup, ubi solus resideat, et in medietate alterius Slup ac Murzynow, districtus Pysdrensis, inscripsisse. r. XII, 211.

1319. *Pysdry, mense octobri.* C. rex, acceptis pro necessitate sua apud Joannem Byely de Sroczkow 550 fl. hung., fideiussoribus suis Joanni Grylewsky, plebano in Kczynya, et Joanni de Ziehlin, capitaneo Coninensi, praedictam summam in medietate exactionis 2 grossorum in Polonia Maiori et in censibus Pysdrensibus inscribit. r. XII, 211.

1320. *In conventione generali Siradiensi, f. 6 post OO. SS. (3 nov.).* C. rex testificatur Joannem et Petrum de Denowo, filios olim Stanislai Denowsky de Strzalkow, inscriptionem 2000 marc. dotis matris suae Margarethae de Sprowa super oppido Rzeszow et villis pertinentibus, districtus Praemisliensis, in bona sua haereditaria paterna Stralkow, Kamyon, Jankow, Goleschow et Bandzechow, districtus Calissiensis, transtulisse, cum ratione divisionis bonorum praefatum oppidum Rzeschow cum villis Annae, sorori dicti Stanislai Denowsky, uxori vero Joannis de Sepno, cessum esset. XII, 214.

1321. — „ — C. rex testificatur Joannem et Petrum de Denowo alias de Strzalkow villas Sandzyschow, Sandzyschowska Vola et Lvgowa Volya, districtus Sandomiriensis, quas pater ipsorum olim Stanislaus ab Andrea Odrowasch, palatino Russiae, ratione dotis uxoris suae in 1000 marc. resignatas habuisset, Margarethae de Sprowa, matri suae cessisse. XII, 214.

1322. — „ — C. rex Casparum de Lesczno, succamerarium Calissiensem, et Joannem Denowsky fideiussisse pro Petro de Denowo et Strzalkowo, quod annos discretionis assecutus villas Strzalkowo, Kamyon, Jankowo, Goleszewo et Bandzechowo, districtus Calissiensis, necnon Sandzyszow, Sandzyschowska Volya et Lvgowa Volya, districtus Sandomiriensis, Margarethae de Sprowa, matri suae, reformaturus sit. XII, 215.

1323. — *sabbato post OO. SS. (4 nov.).* C. rex testificatur Paulum Ozepowsky Margarethae de Damby, consorti suae, 300 marc. dotis et dotalitii super sortibus villarum Gacz, Moskornya et Gorky, districtus Calissiensis, reformasse. r. XII, 211.

1324. — *f. 5 ante Martini (9 nov.).* C. rex Jacobo de Syenno, archiepiscopo Gnesnensi, 664 fl. hung., quos Vladislao, Bohemiae regi, in mutuum dederat, super exactione 2 grossorum alias poradlne terrarum Siradiensis et Lanciciensis inscribit. r. XII, 216.

1325. — „ — C. rex testificatur Sbigneum de Wlodzyslaw, curiensem regium, Catharinae, filiae olim Joannis de Cobylany, consorti suae, 4660 fl. hung. ratione dotis et dotalitii super medietate omnium bonorum suorum reformasse. XII, 218.

1326. *Cadoltczpurgk, sabbato Martini (11 nov.).* Albertus, marchio Brandenburgensis, Sophiae, filiae Casimiri regis, uxori vero Friderici, filii sui, 64000 fl. hung. ratione dotis et dotalitii ac donationis sponsalitiae dictae morgengabe in districtibus Beyrruth, Crewszen, Bernek Swernitcz et Wungesesz et censibus, quae in vulgari stheure dicuntur, inscribit. XII, 208.

1327. *Sine loco, f. 6 ante Catharinae (24 nov.).* C. rex literas de non coëmptione cerae, venditione pannorum ulnatim et qualibet mercantia exercenda per extraneos mercatores civibus Camenecensibus dat. r. XII, 215.

1328. *Conyn, f. 2 post Catharinae (27 nov.).* C. rex significat Stanislaum dictum Stanczel de Minori Lyssecz sortem suam in villa Crzymow, districtus Coninensis, Jacobo Ponathowsky pro 22 marc. vendidisse. SK. XII, 215.

1329. — *f. 5 in crastino Luciae (14 dec.).* C. rex Martino de Ponyecz 116 fl. hung., quos olim Stiborius de Ponyecz, iudex Posnaniensis, pater eius, Petro de Schamothuli, castellano Posnaniensi, pro rege solverat, super exactione 6 grossorum ex bonis monasterii Lubinensis inscribit. r. XII, 216.

1330. *Konyn, mense decembri.* C. rex testificatur Joannem Czyszowsky Barbarae de Sprowa, relictae Joannis de Czyszow, castellani Cracoviensis, matri vero suae, ratione solutionis debitorum, quae in servitiis regiis et praesertim in expeditione versus Bavariam cum filia regis contraxisset, omnes summas super oppido Ropczycze et villis Gora, Zagorzycze, Scodna, Glynnyk, Lopuchowo, Borek, Mrowla, Brathkowycze una cum mineris alias rudy, olim patri suo et sibi inscriptas, cessisse. r. XII, 215.

1331. — „ — C. rex Joanni de Opporow, castellano Brestensi, pro 100 vasis salis minuti 200 fl. hung. super castro et oppido Cruswicza inscribit. r. XII, 216.

1332. ..... C. rex inscriptionem 1165 fl. hung. dotis Catharinae, consortis Sbignei Wlodzyslawsky, super tertia parte oppidi Schlumnyky, terrae Cracoviensis, alias residuas summas seu partes pro filiis olim Joannis Kobylensky reservando, approbat. r. XII, 196.

1333. ..... C. rex Joanni Saschowsky 200 fl. hung. census annui cum summa capitali, sibi mutuata, pro festo Joannis Baptistae se soluturum obligat. r. XII, 196.

1334. . . . . C. rex Nicolao Myskowsky census annui: 160 fl. ad diem Martini et 200 fl. ad diem Joannis Baptistae solvere promittit. r. XII, 196.

1335. . . . . C. rex civibus Lublinensibus 73½ marc. et 25 fl. super medietate thelonei Lublinensis inscribit. r. XII, 196.

1336. . . . . C. rex ratificat censum quartarum civitatis Cracoviensis de singulis hospitum stationibus vel ius civitatis illius non habentium, donatum privilegiis Casimiri III regis, de data Cracoviae, in crastino Nicolai (7 dec.) anno 1358, per manus Joannis decretorum doctoris, decani et cancellarii Cracoviensis, et Vladislai III regis de data Cracoviae, feria 2 in crastino Ramispalmarum (21 mar.) anno 1440, ad relationem Joannis de Thanczin, palatini Cracoviensis. SL. XII, 199.

1337. . . . . C. rex, uti debitor principalis, cum fideiussoribus suis, Paulo Jaszyensky, thesaurario regni, et Nicolao Credlar, theloneatore Cracoviensi, 2300 fl. debiti monetae Crempniczyensis Martino de Szborow a festo Martini (11 nov.) per annum solvere, in casu vero non solutionis intromissionem in Rubyeszow et Czyschowycze dare promittit. XII, 203.

1338. . . . . C. rex Paulo Jaszyenszky et Nicolao Credlar, ratione fideiussionis summae 2300 fl., Martino Szborowszky datae, summam hanc super fortalitio Hrodlo et villis pertinentibus, terrae Belzensis, et super censu ex stroza extra muros Cracovienses, inscribit. XII, 204.

1339. . . . . C. rex Paulo Jaszyenszky, vicethesaurario regni, Chelmensi et Belzensi capitaneo, ratione fideiussionis Martino Szborowszky datae, 1150 fl. hung. super Hrodlo et villis pertinentibus inscribit. XII, 204.

1340. . . . . C. rex, ratione debiti 5500 fl. hung. per reginam Elisabetham apud olim Georgium Morszthyn et Magdalenam coniuges, salis zupparios, contracti, filiis praedictorum zupparium Georgio, Stanislao et Petro 750 fl. exsolvit, residuum vero 4750 fl. ex proventibus reginae Gregorio Ludbranszky, zupparum Wyelyczyensium et Bochnensium factori et notario regio, solvere mandat. XII, 205.

1341. . . . . Regestrum servilium, quibus literae indemnitatis datae sunt: item Joanni Byely cum comitiva sua in 40 equis; item Swasterzon in 10 equis; item Kwilinsky in 30 equis; item Trzebyensky in 30 equis; item Srzenyawa in 30 equis; item Dlugosch in 30 equis; item Gortardus in 11 equis; item Wladica in 8 equis; item Dambrowsky in 8 equis; item Wlostowsky in 6 equis; item Goliczsky in 12 equis; item Zelensky Joannes cum fratribus in 30 equis; item Radzimsky Matthias in 12 equis; item Mikulsky in 12 equis; item Barczkowsky et Sowa in 16 equis. n. XII, 206.

1342. . . . . Quitantia data super res infrascriptas G. Lubransky: item 15 ulnas panni florentini brunatici, item 15 ulnas nigri panni florentini, item 10 ulnas albi panni florentini—quaelibet ulna pro 11 scotis; item censura eiusdem et pannus alius rubeus, in quo est involutus et inclusus in crobka facit unam marcam; item unum talentum croci pro 2 florenis cum 1 horth; item 4 lapides piperis per $6^1/_2$ fl. facit 26 fl. Summa facit 57 fl. cum 1 horth. n. XII, 216.

1476.

1343. Regestrum rerum et negotiatioriorum, per Lubransky distributorum, super quae quitantia data est *feria 5 ante Epiphaniarum Dni (4 ian.)*. Item unus lapis croci Thuszkan 58 fl. cum $^1/_2$; item 6 barilya vini una cum vasis 17 fl. cum uno orth; item 2 frena 6 fl.; item 112 fl., quos Sebastiano intercessit; item dominis natis Regiae Mtis ituris in Lublyn 30 marc.; item dno Lythwos 1 marc.; item pro leguminibus prioribus 27 fl. cum 9 gr.; item alia via; item pro 16 ulnis examiti auro texti floreni faciunt 144 fl., ulna quaelibet per 9 fl.; item pro uno stamine panni florentini floreni faciunt 28 fl.; item pro 2 staminibus panni machaliensis floreni faciunt 30 fl. et 4 cum gr. 20; item pro calice et eiusdem deauratione floreni faciunt 28 gr., 2 pariter cum labore faciunt; item pro calice primum de argento 3 marc. 10 scoti 1 quarta, quaelibet marca argenti per 73 gr., 4 fl. cum $^1/_2$ et 4 grossi lati; item super deauratione eiusdem 8 fl.; item pro labore 4 fl. n. XII, 217.

1344. *Colo, f. 3 infra octavas Epiphaniarum (9 ian.)*. C. rex Jacobo Czesthek de Dambycza, servitori suo, 60 fl. hung. in villa Moschyno, districtus Slochoviensis terrae Pomeraniae, inscribit. r. XII, 217.

1345. — *f. 5 infra octavas Epiphaniarum (11 ian.)*. C. rex testificatur Philippum Strzeleczsky Barbarae, filiae Joannis Comornyczsky, uxori suae, 200 marcas super medietate Maius Strzelcze, districtus Costenensis, inscripsisse. XII, 217.

1346. —— „ —— Articuli concordiae inter Jacobum, archiepiscopum Gnesnensem, et Annam, ducissam Sochaczoviensem, factae. XII, 218.

1347. *Sochaczow, dominica post Purificationis V. M. (4 feb.).* C. rex Thomae de Walewicze, vexillifero Sochaczoviensi, 30 marc. super oppido Osszmolin, terrae Gostinensis, inscribit. r. XII, 226.

1348. —— „ —— C. rex consulibus in Osszmolin sortem villae Jaszepole, districtus Gostinensis, de manibus Jacobi Paczinsky, notarii terrae Gostinensis, eximere permittit. r. XII, 226.

1349. —— „ —— C. rex civitatem Sochaczoviensem et incolas eius in omnibus iuribus et libertatibus, quas a ducibus Masoviae concessas habebant, conservat et eosdem in ius, conditionem et proprietatem regni Poloniae transfert. XII, 229.

1350. —— *f. 3 Dorotheae (6 feb.).* C. rex lanificibus et textoribus panni civitatis Sochaczoviensis privilegia a ducibus Masoviae concessa et igne combusta ratificat. XII, 220.

1351. —— „ —— C. rex Annae, ducissae Sochaczoviensi, consorti olim Vladislai, Masoviae ducis, propter resignationem castri Sochaczow cum oppidis, villis, terrigenis et vasallis, necnon cum oppido Raczącz et suburbio Szyasty ac villa Croczowo, in terra Plocensi sitis, quae in vim dotis et dotalitii reformata tenebat, castrum Colo cum Colo et Brdowo, cum oppidis et villis: Cosczol cum praedio Boschow, Ostrow, Byalkowo, Tharnowkyerz, Mnyschek, Gosyorowo, Trzesnyewa, Wakowy, Dambrowicze, Zawady, Dzyrawa, Nagornye Colo, Blyszna wyesch, Czetrze Minor, Bylycze, Czolowo, Rosocha, Ruchennya, Podlyesze, Osyek, Kossowcze, Lypye gory, Malynyecz, Bilicze Maior, Dambna, Brdow, Bolemow cum Antiqua Bolemowo, Antiqua Wyskythky, Myednyeffska Wola, Czirwona Nywa, Humyno cum praedio Guszew, necnon datiam mellis in villis Jactorowo et Coslowicze, in terra Sochaczoviensi sitis, ad tempora vitae donat. XII, 221.

1352. —— „ —— C. rex Annae, ducissae Sochaczoviensi, a data praesentium infra 4 annorum spatium, oppidum Maczonow cum villa Zathor, terrae Sochaczoviensis, de manibus Hedvigis, consortis Bartholomaei de Iwanowicze, castellani Calissiensis, eximere et in possessionem ad tempora vitae dare promittit; praefata vero ducissa, in subsidium reemptionis dicti oppidi Maczonow, censum annuum 100 marc., in zuppis Cracoviensibus ei a rege inscriptum, ad praedictum tempus 4 annorum regi liberaliter cedit. XII, 222.

1353. —— *in crastino Dorotheae (7 feb.).* C. rex Joanni Ozga de Osse villam Regnow, districtus Ravensis, ad vitam tenendam donat. r. XII, 220.

1354. —— „ —— C. rex Joanni Ozga 50 marc. in villa Regnow inscribit. r. XII, 220.

1355. —— „ —— C. rex Joanni Ozga expectativam super tribunatum Ravensem cum absolutione ab expeditione bellica dat. r. XII, 220.

1356. —— „ —— C. rex Iwan de Goluchowo, iudici Calissiensi, 50 fl. hung. super exactione frumentorum alias spy conventus Lubinensis in districtu Costensi inscribit. r. XII, 220.

1357. —— *f. 5 post Dorotheae (8 feb.).* C. rex Joanni Curdwanowsky 20 sexagenas, ratione servitiorum Annae, ducissae Sochaczoviensi, exhibitorum, super 5 mansis in villa Cyrwonya Nywa, terrae Sochaczoviensis, inscribit. r. XII, 222.

1358. *Gostynyn, sabbato Scholasticae (10 feb.).* C. rex significat Stanislaum et Andream advocatos Gostinenses 3 mansos in villa regali Kozicze et 2 mansos in Gostynyn Petro Zoch, civi Gostinensi, de consensu regio vendidisse. r. XII, 226.

1359. — *dominica post Scholasticae (11 feb.).* C. rex Aynolpho Thedaldi de Florentiis, theloneatori Grodecensi et zuppario Drohobiczensi, theloneum Zydaczoviense et zuppas Dolinenses, districtus Strigensis, pro 190 marc. a dominica Laetare proxima (24 mar.) ad 2 annos arrendat. XII, 228.

1360. *Brzescze, f. 6 ante Cathedrae Petri (16 feb.).* C. rex testificatur Nicolaum Czaplsky Elisabethae consorti suae 320 marc. dotis et dotalitii super medietate villae Czaple, curiae in ibidem, piscinae, molendini et piscatorii, districtus Colensis, inscripsisse. r. XII, 230.

1361. —— *sabbato post Valentini (17 feb.).* C. rex testificatur Annam, consortem Joannis de Camyenicza, terrae Dobrinensis, cum assistentia Alberti de Lychyn et Andreae de Wansosche avunculorum, necnon Nicolai de Dzyerzanowo, patrui eorundem, sortem bonorum suorum haereditariorum in villa Panthnowo, districtus Coninensis, in rem Philippi, Joannis et Nicolai de Myschewo, fratrum suorum germanorum, renuntiasse. SL. XII, 227.

1362. —— *f. 2 ante Cathedrae Petri (19 feb.).* C. rex approbat certam concordiam inter Hedvigim, relictam olim Joannis de Crzywoszandza, et Joannem, Nicolaum, Catharinam, pueros eius, ex una, et Jacobum, Joannem et Dorotheam, pueros praefati Joannis Crzywoszandsky, a prima consorte eius olim Anna de Wylczino procreatos, ex altera partibus, ratione 200 fl. hung. et 200 marc. super villis Crzywoszandza et Nowawyesz inscriptarum. XII, 227.

1363. —— *f. 3 ante Cathedrae Petri (20 feb.).* C. rex Joanni Lassoczsky, canonico Lanciciensi, 357 fl. hung. et 600½, patri eius, olim Michaëli Lasoczsky, succamerario et capitaneo Lanciciensi et tenutario Srzemensi, prius a se inscriptas, super statione regali unius diei e villis, ad curiam Srzemensem spectantibus, inscribit. XII, 228.

1364. *Brzescze, mense februario.* C. rex Stanislao de Brudzewo, canonico Gnesnensi, 542 fl. hung. debiti super exactione terrestri terrae Brestensis inscribit. r. XII, 226.

1365. —— *f. 2 post Invocavit (4 mar.).* C. rex testificatur Nicolaum Kyelbassza de Markow 1000 fl. hung. dotis et 500 fl. hung. dotalitii Agneti, filiae Andreae de Kuthno, pincernae Gostinensis, uxori suae, in medietate bonorum haereditariorum Markowo, districtus Junivladislaviensis, Jankowo et Grabowo, districtus Lypinensis, pecuniarum, in villa regali Szmylowicze, districtus Brestensis, inscriptarum, et sortis, quam habet in Caszczmycza, Cowaliensis districtus, inscripsisse. r. XII, 230.

1366. —— „ —— C. rex Paulo Jassiensky, Chelmensi capitaneo, villam Stolno, terrae Chelmensis, tenutae eius, in certa summa cuicunque obligare et viceversa eximere permittit. r. XII, 233.

1367. —— „ —— C. rex Paulo de Jassieniecz, thesaurario regni et Chelmensi capitaneo, advocatiam in villa Myanczin, terrae Belzensis, districtus Graboviensis, apud consortes Jacobi et Stanislai de Cuchary, sorores germanas, eximere permittit. r. XII, 234.

1368. —— *f. 5 ante Reminiscere (7 mar.).* C. rex eidem Paulo Jassiensky consensum eximendi villam Zostoka, terrae Chelmensis, de manibus Nicolai, Thomae et aliorum, filiorum olim Kwaczala de Monyaticze, iudicis Belzensis, dat. r. XII, 234.

1369. —— *f. 2 post Reminiscere (11 mar.).* C. rex testificatur Beatam de Byeganow, relictam olim Nicolai Craboszewszky, $^1/_2$ partem villae Byeganovo, districtus Piszdryensis, Barbarae, germanae suae, consorti vero Andreae Thomyczszky, donasse. SL. XII, 231.

1370. —— *sabbato ante Oculi (16 mar.).* C. rex Paulo Jassiensky, thesaurario regni, oppidum Graboviecz, terrae Belzensis, cuicunque voluerit, obligare permittit. r. XII, 234.

1371. —— *dominica Laetare (24 mar.).* C. rex Joanni de Schalky 20 marc. in duobus mansis in villa Koszicze, districtus Gostinensis, quos ratione donationis per olim Semovithum et Wlodkonem duces tenebat, inscribit. r. XII, 231.

1372. *f. 4 post Judica (3 apr.).* C. rex Nicolao de Cuthno, palatino Lanciciensi et capitaneo Gostinensi, 200 marc. ratione itineris versus Bavariam cum ducissa Hedvigi super proventibus dicti capitaneatus inscribit. r. XII, 233.

1373. —— *f. 5 ante Domine ne longe (4 apr.).* C. rex testificatur Dvnyn, capitaneum Lanciciensem, volentem saluti animae suae consulere, morte appropinquante, Derslao Smogorzowsky, cubiculario regio, bona sua haereditaria Swyanthe, terrae Brestensis, vendere et debita sua omnia solvere commisisse. r. XII, 233.

1374. —— *f. 6 ante Domine ne longe (5 apr.).* C. rex Andream de Coszlow, castellanum Gostinensem, capitaneatui Sochaczoviensi, certis sub conditionibus, praeficit. XII, 232.

1375. —— *f. 3 post Ramispalmarum (9 apr.).* C. rex Stanislao de Brudzewo, Gnesnensi et Wladislaviensi canonico, 250 fl. hung. debiti in exactione 2 gross. terrae Brestensis inscribit. r. XII, 235.

1376. *Thorun, f. 6 infra Conductum Paschae (26 apr.).* C. rex Joanni Byely de Schroczkow et Jacobo Przessky 900 fl. hung., in mutuum receptos, pro festo Circumcisionis Dni proximo (1 ian. 1477) reddere ad manus Casparis Heda, consulis Posnaniensis, vel in casu non solutionis intromissionem in bona Sczyrzecz eis dare se obligat. XII, 235.

1377. *Sine loco, f. 6 post Sophiae (17 mai).* C. rex obligationem villae Wolicza anno 1454 factam in 800 marc. consulibus civitatis Graudencz confirmat. XII, 236.

1378. *Mariemburg, f. 2 Rogationum (20 mai).* C. rex in oppido Corunow forum annuale pro festo Gertrudis (17 mar.) et septimanale feriis quintis celebrandum instituit. r. XII, 236.

1379. —— *f. 3 Rogationum (21 mai).* C. rex censum 33 marc. et 8 scotorum levis monetae, per consules de Naymark pro 400 marc. lev. pro quodam altari in Naymark emptum, ad 14 marc., per consules Brodniczenses consulibus de Naymark pro quolibet festo Stephani (26 dec.) singulis annis solvendas, moderatur et contractum emptionis et venditionis huiusmodi census ratificat. XII, 237.

1380. —— *f. 2 post Ascensionem Dni (27 mai).* C. rex testificatur Paulum et Georgium, fratres germanos, de Trauwice villas suas haereditarias Trauvicz, Withcze et 7 laneos in Budzisch, districtus Mariemburgensis, cum Matthia Milgedeyn alias Weysch de Holbrechtsdorff, subdito Henrici de Richtemberg, magistri generalis in Prussia, pro villa Holbrechtsdorff, districtus Brandburgensis, permutasse. SL. XII, 242.

1381. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Dni (28 mai).* C. rex testificatur nob. Thomyecz, tenutarium in Gnyew, fam. Sebastiano, civi et mercatori Cracoviensi, 400 fl. hung. debiti a festo Pentecostes proximo (2 iun.) per annum solvere, cum iure intromissionis in casu non solutionis in medietatem oppidi Gneyw et villarum pertinentium, residuum vero debiti 233 fl. hung. ab alio festo Pentecostes (25 mai 1477) per annum reddere se obligasse. XII, 236.

1382. —— „ —— C. rex privilegium donationis iure theutonico duorum mansorum, a Ludovico de Erlichswschen, magistro generali in Prussia ordinis Theutonicorum, de data in

Mariemborg die Galli (16 oct.) anno 1454 datum et pro parte Pauli abbatis et conventus monasterii in Pelplin oblatum, innovat et approbat. SL. XII, 237.

1383. *Mariemburg, f. 4 infra octavas Ascensionis Dni (29 mai).* C. rex Nicolao de Coszczelecz villas Towie et Ladekopp, in Maiori Insula et districtu Mariemburgensi sitas, Rudolpho Feltstete, consuli Gdanensi, in 1066 sexagenis et 40 grossis impignorare permittit. SL. XII, 238.

1384. —— *f. 3 post Trinitatis (11 iun.).* C. rex Urielem de Gorka, Gnesnensem et Posnaniensem praepositum, regni cancellarium, ac fratres eius germanos, Joannem, succamerarium Posnaniensem, et Nicolaum de cautione fideiussioria, Adamo Vilkanowsky, capitaneo in Brathian, armigero regio, super 230 fl. hung., a se mutuatos data, eliberare promittit et hanc summam ad Gregorium Lubransky, zupparum regalium factorem et notarium, in quitantiis demonstrat. SL. XII, 240.

1385. —— *f. 3 infra octavas Corporis Christi (18 iun.).* C. rex dat consensum Joanni de Bayszen, tenutario in Papaw, ad obligandum navigium Culmense cum pratis, ad insulam seu silvam Myedzwyecz pertinentibus, et cum taberna Gertrudi, relictae olim Joachimi Czeremberg, civi Thorunensi, et successoribus eius, in 160 marc. lev., in quibus dicto Joachimo Czeremberg, ab olim Gabriele de Bayszen, palatino Culmensi, patre Joannis, obligatum erat. r. XII, 238.

1386. —— „ —— C. rex Joanni Bayszensky molendinum Waldaw, in terra Culmensi et districtu Papaviensi situm, in 410 marc. lev. Frederico Rakaw, civi Thorunensi, in vim extenuationis debitorum, per patrem eius olim Gabrielem de Bayszen contractorum, obligare permittit. r. XII, 238.

1387. —— *f. 2 Joannis Bapt. (24 iun.).* C. rex Rudolpho Ffeltstede, consuli et mercatori Gdanensi, 1000 fl. hung. debiti, certis terminis apud consules Gdanenses recipiendos inscribit. r. XII, 239.

1388. —— „ —— C. rex eidem Rudolpho quitantiam super 50 fl. a festo Nativitatis Chrisii proximo per annum reddendos dat. r. XII, 239.

1389. —— „ —— C. rex eidem 100 fl. hung. debiti in villa Schimuczy inscribit. r. XII, 239.

1390. —— *f. 3 in crastino Joannis Bapt. (25 iun.).* C. rex eidem quitantiam super 182 fl. pro pixidibus, axamitho et aliis mercibus a festo Nativitatis Christi proximo per annum solvendos per consules Gdanenses, dat. r. XII, 239.

1391. —— „ —— C. rex eidem partem navigii fluvialis Wyslae Nyeschoviensis in 300 fl. de manibus Jacobi Myedzwyedz, civis Thorunensis, eximere permittit. r. XII, 239.

1392. —— *f. 5 post Joannis Bapt. (27 iun.).* C. rex civibus de Kleparz ratione exustionis libertatem ad 10 annos ab omnibus exactionibus et datiis donat. SL. r. XII, 238.

1393. —— *f. 4 post Visitationis V. M. (3 iul.).* C. rex consulibus civitatis Elbingensis villas eis a se iure Lubczensi donatas iure, quo ipsis placuerit, regere permittit. XII, 239.

1394. —— *sabbato in octava Petri et Pauli (6 iul.).* C. rex pro reformatione monasterii et ecclesiae in Peplyn 300 fl. hung., apud Gedanenses de censu 2000 fl. hung. per 3 annos pro quolibet festo Nativitatis Christi recipiendos, donat. r. XII, 239.

1395. —— *dominica infra octavas Visitationis V. M. (7 iul.).* C. rex inscriptionem 2000 fl. hung. Gotardo de Radlyn, capitaneo in Rogoszno, a se, in Gdanszk f. 4 infra octavas Corporis Christi (22 iun.) anno 1457, super villis Novawyesz, Gremlyn, Grabow, Lalkowy, Janusszow, Cvrsten, Elbranczdorff et Barloszno, districtus Gnyevensis, factam innovando, dictam summam eidem Gotardo super villis Nowawyesz, Cursthen et Janusszow, districtus Gnyewyensis, ac Grabow, Elbranczdorff, Gvnczerzovicze et Barloszno, districtus Ossyecensis, inscribit. XII, 239.

1396. —— „ —— C. rex Tidemano Walantd (Walentd), civi Gdanennsi, 200 marc. lev., quas pro rege Gotardo de Radlyn, capitaneo in Rogoszno, persolvit, super villa Gremlyn, districtus Gnyeviensis, inscribit. XII, 240.

1397. —— *f. 5 ante Margarethae (12 iul.).* C. rex Hannus Leman, consuli Gdanensi, 150 marc. lev. doni super villa Cobeschow, districtus Gdanensis, inscribit. r. XII, 241.

1398. —— *f. 4 Alexii (17 iul.).* C. rex testificatur Otto de Machwicz, palatinum Pomeraniae, Marthae, consorti suae, 1200 marc. in summa sibi per regem in bonis Pawczk et Marichew (Mirichaw) inscripta, reformasse. g. XII, 241.

1399. —— *f. 5 Arnolphi (18 iul.).* C. rex Henrico de Borzeschewo, subpincernae Pomeraniae et cubiculario suo, villas Chwarstno, et Palubyno, districtus Derschoviensis, ad se iure feudali devolutas, de iure polonico in ius culmense transferendas donat. XII, 242.

1400. —— *dominica ante Petri ad vinc. (28 iul.).* C. rex Henrico Kammerman quitantiam super 140 fl. hung. ad Gedanenses dat. r. XII, 243.

1401. —— *f. 2 ante Petri ad vinc. (29 iul.).* C. rex Joanni de Lindaw quitantiam super 300 fl. per consules Gedanenses anno 1478 solvendos dat. r. XII, 243.

1402. *Mariemburg, feria . . . post Jacobi (26—31 iul.).* C. rex. ad preces palatinorum, castellanorum, dignitariorum, totiusque communitatis et baroniae terrarum Prussiae, et signanter de districtibus Pomeraniae, Mariemburgensi et Stumensi alias Pomezaniensi, omnia iura pruthenicalia, mariemburgensia, Pomeraniae et feodalia, quibus tempore regiminis ordinis et magistrorum gaudebantur, ab ipsis removet et unum ius Culmense, quo terra et districtus Culmensis fruitur, ipsis et eorum posteris donat. SL. XII, 249.

1403. —— *f. 3 ante Petri ad vinc. (30 iul.).* C. rex Philippo Byschow, proconsuli Gdanensi, quitantiam super 1000 fl. per Gdanenses anno 1478 solvendos dat. r. XII, 243.

1404. —— „ —— C. rex Nicolao de Bayszen villas Sthvmyszdorff, Peterzwald, Jurgyszdorff, Male et Labe, districtus Stumensis, de manibus possessorum eximere permittit, rationeque servitiorum patris eius Stiborii de Bayszen, palatini Mariemburgensis, 1000 marc. pruth., prius in castro et bonis Holanth, quae magistro et ordini Theutonicorum ex concordia a se resignata sunt, inscriptas, super dictis villis ei inscribit. r. XII, 243, 245.

1405. —— *f. 5 Petri ad vincula (1 aug.).* C. rex Nicolao de Bayszen 2000 fl. hung., patri eius Stiborio, palatino Mariemburgensi, inscriptos, denuo super castro et bonis Sthum inscribit. XII, 244.

1406. —— „ —— C. rex testificatur nobb. Heybye et Nicolaum fratres indivisos de Smolang bona sua haereditaria Lageschow, districtus Derschowyensis, Tylmano Bey, civi Gdanensi, pro 1100 marc. lev. vendidisse. XII, 245.

1407. —— „ —— C. rex Stiborio de Bayszen, palatino Mariemburgensi, 300 fl. hung. per consules Elbingenses solvendos donat. r. XII, 246.

1408. —— „ —— C. rex eidem Stiborio de Bayszen 100 fl. hung. annui salarii super zuppis Cracoviensibus assignat. r. XII, 246.

1409. —— „ —— C. rex Othae de Machwicz, palatino Pomeraniae, 500 fl. hung. super fortalitio Puthczk inscribit. r. XII, 246.

1410. —— „ —— C. rex Nicolao et Georgio de Szeefelt, terrigenis Pomeraniae, ratione servitiorum 300 marc. lev. super villa Szeefelt, districtus Gdanensis, inscribit. r. XII, 246.

1411. —— „ —— C. rex Joanni Zabyerzowsky villam Bienedicczycze, districtus Bochnensis, de manibus gen. N. Jacubowsky eximere permittit. r. XII, 246.

1412. —— „ —— C. rex Ebertho de Pewerszen villam Czegenswsz, districtus Stumensis, ad vitae tempora donat. XII, 247.

1413. —— „ —— C. rex Rudolpho Ffeltstete, consuli Gdanensi, 293½ fl. hung. debiti in villa Orlopp, in Insula Maiori sita, cum concensu Nicolai Cosczieleczky, capitanei Mariemburgensis, inscribit. r. XII, 247.

1414. —— *f. 6 in crastino Petri ad vincula (2 aug.).* C. rex Joanni de Rythwyany, marsalco regni, quitantiam super 90 fl. hung. pro panno ad Philippum Byschow, consulem Gdanensem, ad rationem pecuniarum anno 1478 apud consules Gdanenses recipiendarum, dat. r. XII, 244.

1415. —— „ —— C. rex Laurentio Schrank quitantiam super 30 fl. ad consules Gdanenses dat. r. XII, 244.

1416. —— „ —— C. rex Vincentio, episcopo Culmensi, 200 fl. ad rationem census Gedanensis pro anno 1478 donat. r. XII, 244.

1417. —— „ —— C. rex Carolo de Felde 30 fl. ad rationem census Gedanensis anni 1478 dat. r. XII, 244.

1418. —— „ —— C. rex oppidanis de Newteich in Maiori Insula 100 marc. lev. de censu 360 marc. singulis annis sibi ad castrum Mariemburgense dari solitarum, dimittit. SL. XII, 247.

1419. —— „ —— C. rex Petro Schorcz, tenutario in Kysschewa, 50 fl. hung. in eadem tenuta inscribit. r. XII, 247.

1420. —— „ —— Regia Mtas nob. Matthiae Weysz inscribit 200 marc. in villa Stalle, in Minori Insula et districtu Mariemburgensi sita: 100 marc. ad relationem Manczykal ex parte domini marsalci, 100 vero ex speciali commissione domini Culmensis; scripsi ego Matthias inscriptionem. n. XII, 247.

1421. —— „ —— C. rex villas regales Noczendorff, Slawloff, Kykoythen, Perwelk et Leklaw, in Minori Insula et districtu Mariemburgensi sitas, de iure pruthenico in ius culmense transfert. r. XII, 247.

1422. —— „ —— C. rex Henrico Sundeman sculteto et emethonibus villae regiae Broszke, in Maiori Insula sitae, privilegium super locatione villae in 44 mansis cum una taberna renovat. SL. XII, 248.

1423. —— *f. 6 ante Dominici (2 aug.).* C. rex Nicolao Pheilszdorff, castellano Gedanensi, molendinum regale cum curia Libenhow, iuxta civitatem Derschoviensem, in 1200 marc. lev., quas a Rudolpho Ffeltstete, consule Gedanensi, recepit, obligare permittit, ea conditione,

quod si ab ipso Rudolpho exempta non fuerint, extunc consules Derschovienses singulis annis pro festo Natalis Dni ab hac summa 120 marc. census dicto Rudolpho solvere debebunt. SL. XII, 249.

1424. *Mariemburg, sabbato post Petri ad vinc. (3 aug.).* C. rex Creslao de Curoswacky quitantiam super 60 fl. ad rationem census Gedanensis anni 1478 dat. r. XII, 243.

1425. —— *sabbato ante Dominici (3 aug.).* C. rex Fabiano de Logendorf quitantiam ad consules Elbingenses super 20 fl. singulis festis Natalis Dni percipiendos usque ad proximum adventum suum ad terras Prussiae dat. r. XII, 244.

1426. —— „ —— C. rex Fabiano de Logendorf 500 fl. in oppido Staragardt et suburbio inscribit r. XII, 244.

1427. —— „ —— C. rex Matthiae Rabe 30 fl. per 3 annos tollendos apud consules Gdanenses inscribit. r. XII, 244.

1428. —— „ —— C. rex eidem Rabe villam Rykoczyno, districtus Derschoviensis, de manibus nob. Abrahae Stalle eximere permittit. r. XII, 244.

1429. —— „ —— C. rex Ebardo Reymen 30 fl. per 3 annos tollendos apud consules Gdanenses inscribit. r. XII, 244.

1430. —— „ —— C. rex eidem Reymen ceram per terram Pomeraniae pro castro Mariemburgensi dari solitam donat. r. XII, 244.

1431. *Sine loco, f. 4 ante Bartholomaei (21 aug.).* C. rex civitatem Leopoliensem ab omnibus contributionibus ad 8 annos liberat, tali conditione, ut cives fortificationi et corroborationi moenium et aliorum propugnaculorum insistant, praesertim his temporibus, quibus pagani terras Moldaviae et Valachiae depopulantur. r. XII, 247.

1432. *Pyotrkow, f. 5 in octava Assumptionis V. M. (22 aug.).* C. rex civitati Wyeliczka libertatem a podvodis ad 2 annos dat. r. XII, 247.

1433. *In conventione Piotrkoviensi, dominica ante Nativitatis V. M. (1 sep.).* C. rex Christophoro de Czelen, burgrabio castri Nyeschoviensis, privilegium super 5 mansos et unum quartale in villa Simonsdorff, in Maiori Insula sita, quos magister ordinis Theutonicorum Ulricus de Jungen nob. Paulo Fenst, supremo camerario suo, iure culmensi dederat, renovat. SL. XII, 248.

1434. ..... C. rex Szczanszny de Panyow, capitaneo et tenutario Zydaczoviensi, 1000 fl. hung. in mutuum receptos pro festo Carnisprivii proxime venturo (19 feb. 1477) in praetorio civitatis Sandecz reponere, in contrario vero casu in oppidum Dolyna et zuppas theloneumque in ibidem intromissionem dare promittit. XII, 231.

1435. ..... C. rex testificatur Stanislaum Warszyczsky haereditates suas: castrum Vyasd, terrae Lanciciensis, oppidumque Vetus et Novum Vyasd, villas Zaossche, Thabyasche, Zaborow, Czekanow, Nyebrow, Lasyska, Lagyewnyky, Chorzanczyn, Starzycze, Radlyn, Cvczolow, Modrzewyecz, Coluska, Borowyecz, Byelawy, Golbycze, Slawyaczyn, Bessky, domumque seu aream Lanciciae sitam cum Petro Dvnyn de Prawkowycze, succamerario Sandomiriensi et capitaneo Lanciciensi, pro $^1/_6$ parte villae Swyanthe, districtus Brzestensis, et 8000 fl. hung. permutasse. XII, 232.

1436. ..... C. rex Paulo Jasszyensky, thesaurario regni, capitaneo Chelmensi et Belzensi, 551 fl. hung., pro se Joanni Zelensky, servitori regio, intercessos, et 650 fl., a se in mutuum receptos, casu non solutionis pro festo Martini proxime futuro super bonis suis oppido Buszsko cum villis Nyesznamow, Pobuszany, Humnyscha, Czyenyasz, Xansch, Vczeskow, Krassne et Belczyscza, terrae Belzensis, inscribit. XII, 235.

1437. ..... C. rex Nicolao de Mosczona villam Czolowe, de manibus Joannis Stawyeczsky, in summis, in quibus eandem ipse Stawyeczsky a Nicolao de Brudzewo, palatino Siradiensi, obligatam tenebat, eximere permittit. r. XII, 236.

1438. ..... C. rex, ad petitionem prioris monasterii domus Paradisi s. Mariae, in regno Poloniae et terra Pomeraniae siti, fratrumque conventus monasterii praedicti ordinis Cartusiensis, resignationem et cessionem bonorum haereditariorum: medietatis villae Patulen, per Petrum ibidem haeredem et Dorotheam, sororem eius, Margarethamque, relictam olim Gregorii Osswald ibidem in Patulen, et medietatum villarum Gorzaczyn ac Syenyenno per Joannem ac Elisabetham, matrem eius, ibidem haeredes, coram consulibus Gedanensibus Gedani, in vigilia Margarethae (12 iul.) anno 1476 factam, confirmat. XII, 241.

1439. ..... C. rex Nicolao de Bayszen 1000 marc. lev. super villis Aldemarck, in Cristburgensi, et Postelen, in Sthumensi districtibus sitis, ratione servitiorum patris eius, Stiborii, palatini Mariemburgensi, in Holanth prius inscriptas et eidem Nicolao resignatas, inscribit. r. XII, 245

1440. ..... C. rex Joanni de Bayszen, succamerario Mariemburgensi, 4000 marc. lev., id est, medietatem 8000 marc. apud olim Joannem de Bayszen, gubernatorem terrarum Prussiae, a se in mutuum receptarum, morte dicti gubernatoris ad Stiborium de Bayszen, palatinum Mariemburgensem, tanquam nepotem germanum devolutas et per eundem palatinum filio suo, praedicto

succamerario, resignatas, super bonis regalibus oppido Tholkmithe ac villis Haszelaw, Banden et Newdorff, una cum silvis Wyele et Haselawschuwalt inscribit. XII, 246.

1477.

1441. *In conventione generali Pyotrkoviensi, sabbato ante Carnisprivium (15 feb.).* C. rex Bartholomaeo de Iwanowycze, castellano Calissiensi, renuntiationem de sorte bonorum haereditariorum per filium eius Joannem de Iwanowycze, canonicum Gnesnensem, factam, annihilare et cassare admittit. XII, 16.

1442. *Cracovia, f. 4 post Aegidii (3 sep.).* C. rex 1200 fl. hung. debiti Nicolao Miskowsky in oppido Canthy et villis Malecz, Nowawyeschs, Helcznarouicze et Canczuga inscribit. XIV, 16.

1443. —— *sabbato ante Nativitatis V. M. (6 sep.).* C. rex statutum de non faciendis appellationibus a iure civitatis Gedanensis, saeculari et spirituali, et processuum prosecutionibus ad imperatorem Romanorum vel ad curiam romanam edit. SK. XII, 250.

1444. ..... C. rex proconsulem et consules Gdanenses de stationibus omnium annorum praeteritorum usque ad annum 1478 quietat. XII, 250.

1445. ..... C. rex burgrabiatum Cracoviensem post mortem nob. Nicolai Creydlar Janussio Dlugosch de Banbelno confert. XIV, 16.

1478.

1446. *Radom, f. 2 post Ramispalmarum (16 mar.).* C. rex Stanislao Wantropka de Strzelcze, palatino Belzensi, villam Jodlowa, districtus Byeczensis, de manibus Joannis et Nicolai fratrum Wesmuntowski eximere permittit. XIV, 20.

1447. *Opoczno, f. 4 infra octavas Pentecostes (13 mai).* C. rex testificatur Eustachium de Sprowa, castellanum Wyslyczyensem et capitaneum Opocznensem, Ursulae de Curozwanki, consorti suae, certam summam ratione dotis et dotalitii inscripsisse. XIV, 21.

1448. —— „ —— C. rex testificatur Eustachium de Sprowa, castellanum Wyslyczyensem, Ursulam de Curozwanki consortem, Stanislaum de Szydlowyecz Radomiensem, Dobeslaum de Chlewyska Czechoviensem castellanos, Nicolaum de Curozwanki, capitaneum Szydloviensem, et ven. Stanislaum de Curoszwanky, vicecancellarium regni, tutores liberorum suorum nominasse. XIV, 21.

1449. *In conventione Pyotrkoviensi generali, f. ... infra octavas Corporis Christi (22—27 mai).* C. rex Joanni Herburth de Odnow villam Horzeszow de manibus Jacobi Felstinsky, fratris sui, eximere permittit. r. XIV, 16.

1450. —— *f. 2 post octavas Corporis Christi (1 iun.).* C. rex Stanislao Marsalcouicz oppidum Dopsicze ad exsolutionem 700 marc. in possessionem dat. XIV, 15.

1451. —— *f. 4 in crastino Marcelli (3 iun.).* C. rex quosdam articulos de ordine iuditiorum et terminorum terrestrium approbat (initium deest). XIV, 15.

1452. —— *f. 2 post Marcelli (8 iun.).* C. rex Nicolao de Rossnyathowicze, super bonis Rossnyathowicze, Podwody Maior et Minor et Bvyny districtus Oswyaczimensis, ius theutonicum donat (deletum). r. XIV, 16.

1453. —— *f. 4 ante Viti (10 iun.).* C. rex generosis N. N. de Vissoka, districtus Leopoliensis, super iisdem bonis haereditariis ius theutonicum donat (deletum). r. XIV, 16.

1454. —— „ —— C. rex Joanni de Wyssotta, iudici Leopoliensi, tenutario suo, villam regalem ..... terrae Leopoliensis in ius theutonicum transferre permittit. XIV, 19.

1455. —— „ —— C. rex Stanislao Wantropka de Strzelcze, palatino Belzensi, 100 marc. de theloneo donat. R. XIV, 19.

1456. —— *f. 5 ante Viti (11 iun.).* C. rex Laurentio Grusczinsky de Cothlin, tenutario in Odolanow, bona Ostrzeschow de manibus Dobrogosthii de Ostrorog, castellani Cameneczensis (! Camenensis), eximere permittit. XIV, 20.

1457. —— „ —— C. rex eidem Grusczinsky bona Boleslawyecz terrae Wyelunensis de manibus Pauli Baliczski eximere permittit. XIV, 20.

1458. —— *f. 6 ante Viti (12 iun.).* C. rex Jacobo de Dampno, castellano et capitaneo Cracoviensi, 1350 fl. pol., pro eximendis bonis Crasznystaw de manibus Sigismundi Hriczko de Pomorzany in mutuum receptos, in bonis Żywiec et Berwald certis sub conditionibus inscribit. XIV, 22.

1459. —— *sabbato ante Viti (13 iun.).* C. rex Nicolao de Coscyelecz villas Kyskowiecz de manibus Puskarss, Grunowo et Mariemfalt de manibus Joannis de Ostrorog, castellani Posnaniensis, Moschino de manibus Jacobi Czestek, oppidum Fredlant, villasque Fredlant, Strze-

czowa et Landek ac molendinum Henrichswalsky de manibus Simonis et Martini, filiorum Sleze, oppidum Hermersteyn cum molendino de manibus Georgii Tworkowski, oppidum Byalbork et villam Veysfelt de manibus Nicolai Claws, Curth et Joannis Maschon eximere permittit (initium deest). XIV, 17.

1460. *In conventione Pyotrkoviensi generali, sabbato ante Viti (13 iun.).* C. rex Nicolaum Jaszyensky, ad rationem 245 fl., 23 fl. a Matthia de Raczasz, decretorum doctore et canonico, 100 fl. a Martino de Nowyemyasto, iudice Posnaniensi, recipere iubet, residuos vero 122 fl. ipse ei solvere promittit. XIV, 22.

1461. *Sine loco, dominica ante Viti (14 iun.).* Matthias de Staralomza notarius ab exactoribus civitatis Cracoviensis 600 fl. recepit, qui Bohemis dati sunt. n. XIV, 17.

1462. ——— „ ——— Matthias de Staralomsa notarius a Joanne Rawa, exactore Cracoviensi, 200 fl. recepit, qui Bohemis dati sunt, n. XIV, 17.

1463. *Radom, f. 2 die 10000 militum (22 iun.).* C. rex Raphaëli de Jaroslaw, marsalco regni et capitaneo Leopoliensi, 331½ fl. hung., quos Jacobo Morawa, advocato in Lansseysko, et Annae Lubarthowa, consorti eius, pro rege solvit, super oppido Grodek inscribit. XIV, 17.

1464. ——— *f. ante Joannis Bapt. (22 iun.).* C. rex Matthiae de Staralomza, notario, et fratri eius Joanni bona alias vastitates Luczynczye et Zagorzye, districtus Haliciensis, de manibus Michaëlis de Czahrow eximere permittit. r. XIV, 17.

1465. *Sandomiria, sabbato (ante !) in vigilia Petri et Pauli (27 iun.).* C. rex literas Raphaëlis de Jaroslaw, regni thesaurarii et capitanei Russiae generalis, de data in Lansseysko f. 3 ante Barbarae (2 dec.) anno 1477, quibus dos et dotalitium Annae Lubartowa, uxoris Jacobi, Morawa, advocati in Lansseysko, assecurantur, confirmat. XIV, 18.

1466. ——— *f. 2 Margarethae (13 iul.).* C. rex Petro Canssy literas indemnitatis super 12 equis dat. r. XIV, 18.

1467. ——— *f. 5 in crastino Divisionis Apostolorum (16 iul.).* C. rex Joanni Polak literas indemnitatis super 10 equis dat. r. XIV, 18.

1468. ..... C. rex testificatur Andream Tharlo de Sczekarzowycze Barbarae de Leszow, consorti suae, 800 marc. dotis et dotalitii super bonis regiis Drohowysz districtus Leopoliensis inscripsisse. r. XIV, 15.

1469. ..... C. rex Joanni Zyelensky oppidum Lucow cum villis de manibus Pauli Olstynsky eximere permittit. r. XIV, 15.

1470. ..... C. rex ..... lensky 100 fl. ratione servitii solvere promittit. r. XIV, 15.

1471. ..... C. rex civibus Colensibus advocatiam in Colo locare permittit. r. XIV, 16.

1472. ..... C. rex nobb. Jankowsky et Cristinum Ostrowsky, iudicem Lublinensem, a praesenti expeditione bellica absolvit. r. XIV, 17.

1473. ..... C. rex testificatur Jassyensky 1000 fl. hung. Jacobo de Dambno, castellano et capitaneo Cracoviensi, debere et intromissionem in Rubyesszow et villas pertinentes dare se obligasse. r. XIV, 17.

1474. ..... C. rex eidem Jassyensky ratione servitiorum 100 marc. in theloneo Belzensi donat. r. XIV, 17.

1475. ..... C. rex Jacobo Byely villam Spyklossy districtus Hrodlensis de manibus Sbrozek de Zyrnyky, tribuni Belzensis, eximere permittit. r. XIV, 17.

1476. ..... C. rex Andreae Sborowsky literas indemnitatis super 100 equis dat. r. XIV, 18.

1477. ..... C. rex Jacobo Byely et Crezae literas indemnitatis super 100 equis dat. r. XIV, 18.

1478. ..... C. rex Joanni de Janowyecz et Petro Stryryn literas indemnitatis dat. r. XIV, 18.

1479. ..... Contractum certum ratione bonorum inter Bartholomaeum, castellanum Calissiensem, ac Laurentium et Joannem, fratres germanos, filios Nicolai de Cozmin (initium deest). XIV, 19.

1480. ..... C. rex Stanislao de Strzelcze, palatino Belzensi, 100 marcas super bonis Usczye terrae Cracoviensis inscribit. r. XIV, 20.

1481. ..... C. rex Andreae de Crethkow, palatino Junivladislaviensi, 100 marc. super villis Damb et Dobyegnyew terrae Dobrinensis inscribit. r. XIV, 20.

1482. ..... C. rex Matthiae de Bnyn, palatino Posnaniensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, villam Guchna de manibus Nicolai Mylay de Myloslaw, gladiferi Calissiensis, eximere permittit. r. XIV, 20.

1483. ..... C. rex eidem Matthiae de Bnyn 100 marc. super oppidis Usczye et Pyla, districtus Posnaniensis, inscribit. r. XIV, 20.

1484. .. .. C. rex testificatur Nicolaum Borek de Oppoczno villam suam Grodzisko, districtus Costensis, ad oppidum Osszyeczno pertinentem, Casparo Lyeszczinsky, succamerario Calissiensi, in 605 fl. hung. modo obligatorio invadiasse. r. XIV, 20.

1485. ..... C. rex testificatur Nicolaum Borek medietatem lacus sui Pyegszyno, ad oppidum Ossyeczno pertinentis, et aream, in qua molendinum folusch erat, in contiguitate Drzeczkowo, Casparo Lyeszczynsky, succamerario Calissiensi, modo obligatorio invadiasse. r. XIV, 20.

1479.

1486. *Lancicia, f. 3 post Valentini (16 feb.).* Literae indemnitatis certis rothmagistris stipendiariis datae super peditem 5 fl. hung., super equum 10 fl. pro quartuali cum satisfactione pro damnis, sub sigillo regio: ..... ped. et 2 equis; ..... tum ped. et 2 equis; ..... adowycze in 6 equis; ..... in 70 ped. et 12 equis; ..... in 100 ped. et 2 equis; ..... in 100 ped. et 2 equis; ..... ped. et 3 equis; ..... cum Joanne Polak in 150 ped. et 3 equis; ..... ardus in 8 equis; ..... cum socio in 12 equis; ..... hradek et Joannes de ibidem in ..... de Ponyathowycze et Sigismundus de ..... 100 et 13 equis; ..... ky in 113 equis; ..... Myszkowsky de Przeczyzow cum Joanne de Dlugye ..... 30 et uno equis; ..... in 102 equis; ..... acub in 100 equis; ..... hrodzynsky et Koczka in 70 peditibus ..... Drogomyr in 12 equis; sub sigillo vicecancellarii: ..... owssky in 100 equis; ..... 104 equis; ..... 110 equis; ..... wsky in 100 equis; ..... Skokowsky in 6 equis ..... n. XIII, 1.

1487. —— *f. 5 ante Matthiae (18 feb.).* C. rex, uti debitor principalis, et Petrus de Prawkowicze, castellanus Siradiensis, capitaneus Lanciciensis et in Mariemburg, Creslaus de Curozwanky, decanus Gnesnensis et supremus Regiae Mtis secretarius, Nicolaus Dzyalinssky, castellanus Dobrinensis, et Petrus de ..... subdapifer Cracoviensis, fideiussores, manu coniuncta et indivisa, Gothardo de Radlin et in Rogoszno capitaneo, Marthae uxori eius, successoribus eorum, ac Nicolao de ..... pro 1300 fl. hung. debiti per annum solvendi fideiubent. CK. n. XIII, 2.

1488. —— *die Cinerum (24 feb.).* C. rex Nicolao Dzyalinsky, castellano Dobrzinensi, per manus Joannis Choyensky, canonici Lanciciensis et notarii regii, ad iudaeos in Lancicia super 15 fl., in Clodawa super 15 fl., in Brzesczye super 30 fl. et in Gnesna super 40 fl census in autumno solvendi quitantias dat. CK. XIII, 14.

1489. —— *f. 2 Carnisprivii (1 mar.).* C. rex, ad petitionem Matthiae, abbatis Trzemeschensis, incolis oppidi Trzemeschno, igne vastati, libertatem ab omnibus exactionibus ad 8 annos donat. CK. XIII, 3.

1490. —— *f. 5 post Invocavit (4 mar.).* C. rex Petro de Wylkowycze, plebano in Curzeszyn, ecclesiam ibidem in personam Petri de Curzeszyn actu praesbiteri resignare permittit. r. XIII, 4.

1491. —— *f. 6 post Invocavit (5 mar.).* C. rex areas dudum desertas, ad se devolutas in civitate Posnaniensi, igne devastata, in platea Wratislaviensi, inter Borzyszewa et Burchald sitas, usque in plateam Caszya protensas, ut reaedificari possint, cum libertate ab omnibus exactionibus regiis et civitatis ad 12 annos Erasmo de Posnania, cubiculario suo, pro servitiis donat. CK. XIII, 4.

1492. —— *f. 6 ante Reminiscere (5 mar.).* C. rex, cum Jacobo, archiepiscopo Gnesnensi, ratione facta, eidem theloneum aquaticum in Bobrownyky et proventus capitaneatus Sochaczoviensis ad plenam solutionem $1131^1/_2$ fl. hung. percipiendos assignat, Jacoboque Sokolowsky, canonico Vladislaviensi, thelonei in Bobrownyky factori, et Andreae de Geszkaw, castellano Gostinensi et capitaneo Sochaczoviensi, mandat, ut de theloneo et proventibus praedictis archiepiscopo respondeant. CK. XIII, 4.

1493. *In conventione Colensi, f. 4 post Reminiscere (10 mar.).* C. rex Jacobo de Conyeczpolye, praeposito s. Floriani et capitaneo Siradiensi, 1400 fl. pro cessione terrae Siradiensis debitos, in exactione 2 grossorum terrae Lanciciensis et in theloneo aquatico in Bobrownyky et Dobrzyn assecurat; ad possessionem exactionis Jacobus statim admittitur, ad theloneum vero post exstinctam priorem obligationem in rem Jacobi, archiepiscopi Gnesnensis; Jacobus Sokolowsky, canonicus et officialis Vladislaviensis, dicti thelonei factor, eo modo et ordine, ut praemittitur, nominatis personis respondere debebit. XIII, 7.

1494. —— *f. 6 ante Oculi (12 mar.).* C. rex, ab olim Stiborio Ponyeczki, certis summis receptis, filio eius Martino de Ponyecz stationes regales in monasteriis Obra et Przement, patri eius inscriptas, dimittit et 2000 fl., a Martino Nowomyeski, iudice Posnaniensi, de exactione

2 grossorum in terris Maioris Poloniae, per 100 sexagenas mediorum grossorum singulis annis recipiendos inscribit. XIII, 5.

1495. *In conventione Colensi, f. 6 ante Oculi (12 mar.).* Jacobus de Conyeczpole, praepositus s. Floriani extra muros Cracovienses et capitaneus Siradiensis, declarat se cum Casimiro rege talem iniisse contractum, quod pro capitaneatu, castro et civitate Siradiensi ac pro oppidis Schadek et Wartha 2400 fl. hung. receperit et dicta bona usque ad mortem suam tenere debebit; bona vero Rathno, in terris Russiae sita, pro annua pensione 400 marc. regi cesserit. XIII, 6.

1496. —— „ —— C. rex artificibus suburbii Posnaniensis, igne devastati, libertatem ab omnibus censibus ad 5 annos concedit. XIII, 7.

1497. —— „ —— Datae sunt literae indemnitatis rothmagistris, a quo die incipit ipsis servitium: Petrus Skorkowsky cum Matthia Plawyeczky in 30 peditibus et 2 equis; Dambrowsky cum Martino Corzenda in 30 ped. et 2 equis; Barthos Russany cum Dlugossio in 30 ped. et 2 equis; Thomas Broda in 40 ped. et 2 equis; Ryszka cum Alberto Woythek in 100 ped. et 2 equis; Cozyel cum Zych et Oczyepka in 60 ped. et 3 equis, quibus super quemlibet peditem per 5 fl. et super equum per 10 ad quartuale anni Mtas Regia dare debebit et pro damnis iuste satisfacere promisit. n. XIII, 8.

1498. —— „ —— C. regis literae universales ad consules, advocatos, civitates de exactione novae datiae seu taxae ciza appellatae. XIII, 8.

1499. *Lancicia, f. 4 ante Laetare (17 mar.).* C. rex Matthiae de Sluszow, castellano Cruszwycensi, 100 marc. ratione servitii in villa Slonsko districtus Junivladislaviensis inscribit. r. XIII, 9.

1500. —— „ —— C. rex Joanni de Oporow, castellano Brzestensi, propter servitia 60 marc. super villis Crusszyna, Wolya et Czyrnyew, districtus Praemisliensis, inscribit. r. XIII, 9.

1501. —— „ —— C. rex Nicolao de Oporow, castellano Brzezynensi, attentis servitiis, 110 marc. in villis Nakonow, Wolya et Cruchow, terrae Brzestensis, districtus Cowalyawyensis, inscribit. r. XIII, 10.

1502. —— „ —— C. rex Nicolao Dambrowsky, castellano Chelmensi et capitaneo in Golub, 50 fl. hung. ad rationem 2000 fl. pro rata in quietatione dat. r. XIII, 10.

1503. —— „ —— C. rex Joanni de Bayzen, castellano Elbingensi, pro servitiis 50 fl. hung. ad rationem 2000 fl. in quietatione ad consules Gedanenses dat. r. XIII, 10.

1504. —— „ —— C. rex nob. Heyko officium iudicatus alias strossrichter in districtibus Holub et Kowalaw Maius et Minus, post mortem Nicolai Sender Richnowsky vacans, confert. r. XIII, 10.

1505. —— „ —— C. rex eidem Heyko 20 fl. hung. ad rationem 2000 fl. pro rata ad cives Gedanenses in quietatione dat. r. XIII, 10.

1506. —— *f. 5 ante Laetare (18 mar.).* C. rex prov. Joanni Hannus Wosserfirer, ratione servitiorum, aream dudum desertam, Posnaniae in platea sub castro sitam, cum libertate 3 annorum donat. r. XIII, 10.

1507. —— „ —— C. rex Matthiae de Bnin palatino et Petro, cancellario Posnaniensibus, in oppidis Vsczye et Pyla, districtus Posnaniensis, 200 marc. modo obligatorio inscribit. CK. r. XIII, 11.

1508. —— *f. 6 ante Laetare (19 mar.).* C. rex Jarando de Brudzew, canonico Cruszwicensi, ratione debiti 200 fl. hung., exactionem 2 gross. in terris Brzestensi et Cowaleyowyensi tenendam demonstrat. r. XIII, 10.

1509. —— „ —— C. rex Andreae, episcopo Praemisliensi, quietationem super 100 fl. ad Spitconem de Jaroslaw, palatinum Russiae et capitaneum Kopoliensem, ad rationem capitaneatus, dat. r. XIII, 11.

1510. —— „ —— C. rex eidem episcopo quietationem ad rationem exactionis 2 gross. ad Joannem de Rybothycza, exactorem Praemisliensem, dat. r. XIII, 11.

1511. —— „ —— C. rex eidem episcopo stationem unius diei ad abbatem Trzemeschensem dat. r. XIII, 11.

1512. —— „ —— C. rex Nicolao Varczimowssky 10 fl. hung. in quietatione ad consules Gedanenses pro rata 2000 fl. hung. dat. r. XIII, 11.

1513. —— *dominica Laetare (21 marc.).* C. rex 50 marc. in rem . . . . . in bonis Kopanicza inscribit. r. XIII, 11.

1514. —— *f. 3 post Laetare (23 mar.).* C. rex Nicolao Gorsky, curiensi suo, 200 marc. in bonis Coscsan inscribit. CK. r. XIII, 11.

1515. —— *die Annuntiationis V. M. (25 mar.).* C. rex Joanni Lassoczsky, canonico Lanciciensi, 50 fl. hung. pro equo in villis Dambrowycze, Ostrowye, Baby et Copy inscribit. r. XIII, 11.

1516. *Lancicia, f. 6 ante Judica (26 mar.).* C. rex testificatur Beatam de Szyrpow $^1/_3$ partem bonorum in Syrpow, Konary, Choczyszow, Wola Choczyszowszka, Oraczenycze et Syeniczycze, districtus Lanciciensis, Andreae de Jaksyn, dapifero Siradiensi, marito suo, resignasse. CK. XIII, 11.

1517. —— „ —— C. rex literas indemnitatis: nobilibus cum Barthosz super 8 equis sub signeto, Jacobo Nadrossky rothmagistro super 20 equis sub signeto, Derslao et Strzalkowssky super 12 equis sub sigillo maiori, Nicolao Jassyensky super 12 equis dat. n. XIII, 12.

1518. —— *sabbato ante Judica (27 mar.).* C. rex ortulanis in suburbio Lanciciensi simul et artificibus Adae Vyczkowszky, Petro Curek, Nicolao notario, Aegidio Lamsich, Petro Zdzyech, Matthiae Pyrzyna, Matthiae Nigri et Mykulka, ob damna igne illata, libertatem 4 annorum ab omnibus datiis et contributionibus largitur. CK. XIII, 13.

1519. —— „ —— C. rex Nicolao de Coszczyelyecz, palatino Brzestensi, 100 marc. in castro et oppido Bobrownyky inscribit. r. XIII, 13.

1520. —— „ —— C. rex prov. Georgio Waczelrode, civi Thorunensi, literas salvi conductus ab iuditiis et arresto extradit. CK. r. XIII, 13.

1521. *Rawa, f. 3 post Judica (30 mar.).* C. rex ratione 360 fl. hung. a Nicolao Dzialinsky mutuo receptorum ponit pro se fideiussorem Jacobum Sokolowsky, canonicum Wladislaviensem, qui de exactione cizae, in terra Cuiaviae colligendae, 300 fl. pro festo Pentecostes (30 mai) et 60 pro Michaëlis (29 sep.) eidem Dzialinsky solvere debebit. CK. XIII, 14.

1522. —— *f. 3 ante Ramispalmarum (30 mar.).* C. rex Gregorio Lubransky, archidiacono Cracoviensi et canonico Sandomiriensi, praebendam Sandomiriensem in personam Joannis Rzostkowsky resignare permittit. r. XIII, 13.

1523. —— *f. 4 ante Ramispalmarum (31 mar.).* C. rex testificatur Catharinam de Budzyszowycze, relictam Jacobi Swidziensky recognovisse, quia 100 sexagenas in solidis in medietate advocatiae in Mszczonow et villarum Radzyeyowycze, Balącsin et Rudy cum piscina, districtus Sochaczoviensis, ratione dotis sibi per Junoscham de Radzyeyowycze, priorem maritum suum inscriptas, Thomae, Dobeslao, Jacobo et Elisabethae, germanis de Szadkowycze, cessisset et praeterea dicto Thomae ferventioris amoris gratia specialiter 30 sexagenas inscripsisset. CK. XIII, 13.

1524. —— *f. 5 ante Ramispalmarum (1 apr.).* C. rex Bartholomaeo de Iwanowicze, castellano Calissiensi, oppidum Mszczonow, tenutae eius, in summa pecuniarum inscripta, cui voluerit, obligare permittit. XIII, 15.

1525. —— „ —— C. rex certum contractum cum Nicolao de Cuthno, palatino Lanciciensi et capitaneo Gostinensi, initum ratione summae 1041 marc. ei inscriptae et proventuum dicti capitaneatus ab anno 1471 ad annum 1479, confirmat. CK. XIII, 15.

1526. —— „ —— C. rex, facta ratione contributionis 2 grossorum terrae Gostinensis de annis 1471—1478, Nicolao de Cuthno 89 marc. et 17 gross. in eadem contributione inscribit. XIII, 16.

1527. —— *f. 6 ante Ramispalmarum (2 apr.).* C. rex, ad petitionem Michaëlis, praepositi hospitalis S. Spiritus extra civitatem Ravensem, privilegium Semoviti, Czyrnensis et Ravensis ducis, datum in Sochaczew die Mariae Magdalenae (22 iul.) anno 1376, quoad dotationem dicti hospitalis per Nicolaum dictum Panczathka, confirmat. CK. XIII, 16.

1528. *Radom, f. 3 post Palmarum (6 apr.).* C. rex Georgio Valacho villam Dobeslawcze, districtus Colomiensis, de manibus Joannis Podwyrzbyeczky eximere permittit. r. XIII, 18.

1529. —— *f. 4 post Palmarum (7 apr.).* C. rex Matthiae de Bnyn, palatino Posnaniensi et capitaneo Maioris Poloniae generali, 100 marc. super fortalitio et oppidis Vsczye et Pila inscribit. r. XIII, 18.

1530. —— „ —— C. rex quitantiam super 50 marc. de exactione 2 grossorum Posnaniensi ad Martinum de Nowemyastho, iudicem et exactorem Posnaniensem, dat. r. XIII, 18.

1531. —— *f. 3 post Paschae (13 apr.).* C. rex Vincentio de Skampe, succamerario Dobrinensi, $^1/_3$ partem navigii per flumen Wysla circa Thorun de manibus Jaroslai de Rogyewo et Joannis Carnkowsky eximere permittit. r. XIII, 18.

1532. —— *f. 5 post Paschae (15 apr.).* C. rex, ad petitionem Nicolai, abbatis Pokrzywnyczensis, oppido Fryst, ob damna igne illata, libertatem ab omnibus exactionibus, excepta ciza nuper laudata, ad decursum 12 annorum concedit. CK. XIII, 18.

1533. —— *f. 6 infra Conductum Paschae (23 apr.).* C. rex fam. Czernberk, civi Leopoliensi, salvum conductum ad 3 annos more mercatorum dat. XIII, 19.

1534. —— „ —— C. rex Matthiae de Sluszew, castellano Cruszwycyensi, villam Slunsko, districtus Junivladislaviensis, Vincentio de Bobrownyky in summa inscripta obligare permittit. r. XIII, 19.

1535. *Pyotrkow, f. 2 ante Joannis Bapt. (21 iun.).* Nicolaus de Bronow, exactor cizae in terra Siradiensi, 350 fl. Nicolao de Opporow, castellano Brzezinensi, de mandato regis, dedit et quietatus est ad cizae exactionem. n. XIII, 19.

1536. *Pyotrkow, dominica infra octavas Visitationis V. M. (4 iul.).* C. rex Joanni Fox, civi Leopoliensi, salvum conductum a quolibet iudicio ratione debitorum ad 3 annos extradit. r. XIII, 19.

1537. —— *f. 5 Mariae Magdalenae (22 iul.).* C. rex nobb. Rosam et Raphaëlem, terrigenas Przemyslienses, pro hac vice ab expeditione bellica contra Tartaros in terris Russiae instituta liberat. r. XIII, 19.

1538. *Graudencz, die Jacobi (25 iul.).* Articuli in conventione generali Graudewczensi super exactionibus certis, ad propositionem nuntiorum regiorum Pauli Jasyensky, castellani Sandomiriensis, et Petri de Curoswanky, regni thesaurarii, laudati. XIV, 28.

1539. *Pyotrkow, f. 2 Annae (26 iul.).* C. rex Joanni priori in Wythow praeposituram coenobii sanctimonialium in Bussko, obitu cuiusdam Joannis vacantem, confert. r. XIII, 23.

1540. *Sine loco, dominica Petri ad vinc. (1 aug.).* C. rex quitantiam super 100 fl. debiti pro necessitate terrarum Prussiae contractos Stanislao de Brudzow, canonico Gnesnensi, ad Sokolowski, exactorem cizae in terris Cuiaviae, dat. r. XIII, 23.

1541. *Nova Civitas Corczin, f. 2 in crastino decollationis Joannis Bapt. (30 aug.).* C. rex Jacobo de Dambno, castellano Cracoviensi, mineras quascunque in quibuscunque locis regni per quoscunque magistros, artifices et minerarios quaerere permittit. AP. XIV, 23.

1542. —— *f. 3 in vigilia Nativitatis V. M. (7 sep.).* C. rex Joannem Withkowsky, advocatum in Ropczicze, circa privilegia, eidem per antecessores suos concessa, conservat. XIV, 23.

1543. *In conventione Colensi, f. 6 post Mathaei (24 sep.).* Articuli exactionis fertonum, in dieta Colensi laudati, et nomina exactorum. XIV, 26.

1544. *Nowemyasto Corczin, f. 2 Francisci (4 oct.).* C. rex, ad petitionem Jacobi de Dambno, castellani et capitanei Cracoviensis, nob. Nicolao Szczepanowski, advocato Byeczensi, 700 fl. super proventibus advocatiae in Byecz inscribit. XIV, 27.

1545. —— *f. 2 ante Hedvigis (11 oct.).* Mandatum C. regis ad advocatos civitatum, ut exactiones in Corczin laudatas in manus hon. Andreae Manczika, notarii regii, reponant, qui has pecunias Cracoviam pro die Martini (11 nov.) transportare debeat. XIV, 31.

1546. —— *f. 5 ante Hedvigis (14 oct.).* C. rex privilegium Casimiri III regis anno 1366 datum de translatione oppidi Sanok in ius theutonicum confirmat. AP. XIV, 33.

1547. —— *sabbato Galli (16 oct.).* C. rex reformationem dotalitii Helenae, filiae Georgii Strumilo de Dmossin, castellani Leopoliensis, uxoris Sigismundi de Pomorzany, in Trembowla tenutarii, confirmat. XIV, 34.

1548. —— *sabbato in crastino Hedvigis (16 oct.).* C. rex Joanni, electo Leopoliensi, et Raphaëli de Jaroslaw, marsalco regni, mandat, ut controversias, ratione certarum lapidearum, inter Joannem Trzaschithobka (Trzasitobolka), oppidanum Lublinensem, et Joannem Ordinka, oppidanum de Schidlowyecz, exortas, disiudicent. AP. XIV, 35.

1549. —— *dominica ante Lucae (17 oct.).* C. rex testificatur Agnetem de Bnyn bona sua Nydom et Czaple, districtus Gnesnensis, et Poloxegyowo, districtus Pisdrensis, Jacobo de Dambno, castellano Cracoviensi, marito suo, in vim commutationis pro scultetia in Pobyednyk sanctimonialium in Zwierzynyk et 200 marc. resignasse. r. XIV, 37.

1550. —— „ —— C. rex permutationem bonorum Agnetis de Bnyn et Jacobi de Dambno, ut supra factam, confirmat. XIV, 39.

1551. —— *mense octobri.* Mandatum C. regis ad Matthiam de Bnyn, palatinum Posnaniensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, de recipiendis subsidiis, in Nowe Myasto Corczin laudatis. XIV, 28.

1552. —— *f. 4 post OO. SS. (3 nov.).* C. rex ius patronatus seu praesentandi ad praebendam et canonicatum ecclesiae collegiatae Sandomiriensis Joanni, episcopo Cracoviensi, cedit. XIV, 37.

1553. —— *sabbato post OO. SS. (6 nov.).* Datae sunt 6 membranae in pergameno in manus ven. domini Creslai, secretarii regii, pro expeditione stipendiariorum. n. XIV, 37.

1554. —— *die Martini (11 nov.).* Datae sunt de mandato regio 24 membranae pergameneae in manus domini Joannis Thargowiczky notarii pro expeditione et inscriptionibus stipendiariorum. n. XIV, 37.

1555. ..... C. rex Jacobo de Conyeczpole, praeposito s. Floriani et capitaneo Siradiensi, pro bonis Rathno in terris Russiae, sibi ante festum Pentecosten (30 mai) cedendis, pensionem annuam 140 marc. in praetorio Lublinensi pro festo Epiphaniarum (6 ian.) solvendam, assignat, exactionemque 2 grossorum terrae Siradiensis ei donat, occasioneque cessionis et divisionis bonorum terrae Siradiensis et Rathno adversus omnes eum tuere promittit. XIII, 7.

1556. ..... Libertas data est consulibus Cracoviensibus 4 annorum, a festo Margarethae (13 iul.) incipiendo, ducendi cerevisiam Swidnicensem 70 currus singulis annis. n. XIII, 18.

1557. ..... C. rex testificatur Bernhardum de Dambrowka coram se querelam, quatenus in Lithuania nobilitas ei denegata esset, exposuisse (finis deest). XIV, 24.

1558. ..... Articuli pro exactione cizae in Prussia per ven. Andream Roza, secretarium regium. XIV, 25.

1559. ..... Enumeratio rerum ex thesauro regio, per Paulum Jasyensky, castellanum Sandomiriensem, obligatarum. XIV, 40.

1481.

1560. *Vilnae, sabbato ante Reminiscere (17 mar.).* Regia Mtas ad preces artificum artis cerdonicae de Camyenyecz literam confirmatoriam et item aliam ad petitiones mercatorum et institorum de eadem Camyenyecz, quod ..... inter ipsos mercatores cameras in civitate seu institas habeant ..... gratiose confirmavit, super quo literae in forma cancellariae solita receptae sunt. n. XIV, 39.

1561. —— *f. 5 ante Sophiae (10 mai).* C. rex oppidum Yielun exustum ab omnibus exactionibus et oneribus ad 16 annos libertat. XIV, 42.

1562. *Roma, 4 nonas iulii (4 iul.).* Sixtus IV motu proprio declarat nunquam suae intentionis fuisse, ut confessores, deputati per literas indulgentiarum, ecclesiae Pomesaniensi concessas, quoslibet subditos Casimiri regis a iuramento fidelitatis absolvere possent. XIV, 43.

1563. *Sine loco, f. 2 post Mauritii (24 sep.).* C. rex Nicolao Thargowyczsky villas Dambycza et Tharchawycza de manibus nob. Zavysche eximere permittit. XIV, 41.

1564. *Troky, die Hedvigis (15 oct.).* C. rex cives oppidi Bolemow ob calamitatem ignis ab omnibus censibus et oneribus ad decursum 5 annorum liberat. XIV, 44.

1565. —— *20 novembris.* C. rex Richardum Oliverium et Mariotum Papini de Gambasio cum eorum legitima prole nobilitat et arma pogonya eis largitur. XIV, 45.

1566. ..... Formula iuramenti per magistrum Prussiae generalem Poloniae regi praestandi. XIV, 32.

1567. ..... Taxae et nomina exactorum exactionis civilis per unum grossum a marca, per civitates regales institutorum. XIV, 37.

1568. ..... C. rex fideiussorem certae summae, sibi per Gotardum de Radlin, capitaneum Rogosznensem, in mutuum datae, Petrum Dunyn de Wyasd, palatinum Brestensem, Lanciciensem et Mariemburgensem capitaneum, eligit. r. XIV, 42.

1569. ..... Taxa capitaneorum super proventibus de tenutis regalibus, in manus Joannis Choyenski, archidiaconi et notarii regii, reponendis. XIV, 42.

1570. ..... Jacobus de Dambno, castellanus et capitaneus Cracoviensis ac tenutarius in Sandecz, pro solutione militum in terris Prussiae, ex mandato regio, 2800 fl. hung. apud Paulum de Sczekoczin, tenutarium in Olschin, et Annam consortem ipsius recipit. XIV, 44.

1482.

1571. *Vilna, sabbato infra octavas Epiphaniarum (12 ian.).* C. rex certam aream promeliorando hospitali in oppido suo Busko donat. AP. XIV, 46.

1572. —— *f. 3 Adalberti (23 apr.).* C. rex Joanni Fox, civi Leopoliensi, cum tota familia salvum conductum sive libertatem ab omnibus creditoribus dat. r. XIV, 47.

1573. —— *in octava Ascensionis Dni (23 mai).* C. rex Iwaszkoni armeno villam Suslow districtus Camenecensis de manibus nob. Annuska et sororum eius eximere permittit. r. XIV, 47.

1574. *Roma, pridie nonis iunii (4 iun.).* Breve Sixti IV ad Casimirum regem, cui et successoribus eius ius patronatus et praesentandi ad omnes canonicatus in ecclesiis Gnesnensi, Cracoviensi, Posnaniensi et in collegiata Lanciciensi reservat et concedit. XV, 224.

1575. *Troky, dominica infra octavas Corporis Christi (9 iun).* C. rex forum annuale in oppido Jaworow terrae Leopoliensis pro die Dominici (5 aug.) instituit. AP. XIV, 48.

1576. —— *f. 5 post Joannis Bapt. (27 iun.).* C. rex Petro de Bnyn, electo Praemisliensi, facultatem investiendi ad canonicatum in ecclesia Praemisliensi Creslai de Curozwanki, decani Gnesnensis, admittit. AP. XIV, 48.

1577. —— *in crastino divisionis Apostolorum (16 iul.).* C. rex nobili Goczalek 30 laneos in villa Warczyniecz districtus Derschoviensis donat. XIV, 50.

1578. —— *f. 2 post Assumptionis V. M. (19 aug.).* C. rex salvum conductum in 30 equis et 30 hominibus pro oratoribus et nuntiis Joannis ducis Zeganensis, Posnaniam profecturis, ad spatium 4 septimanarum admittit. AP. XIV, 50.

1579. *Exyczky, f. 4 ante Michaëlis (25 sep.).* C. rex oppidanos in Wartha a podvodis regalibus ad 10 annos absolvit. r. XIV, 50.

1580. —— „ —— C. rex cives Camenecenses a podvodis pro nuntiis suis versus Moldaviam et alibi euntibus liberat. XIV, 50.

1581. —— *f. 4 post Mathaei (25 sep.).* C. rex Barthossio Broda, Joanni Wyelunski et Joanni pannitonsori civibus Cameneczensibus, facultatem in montibus et villis quibuscunque circa civitatem Camyenyecz per quoscunque magistros, artifices et minerarios mineras quasvis quaerere, fodere et laborare admittit. XIV, 51.

1582. *Nowogrodek, f. 2 post Michaëlis (30 sep.).* C. rex civibus Gnesnensibus, damna passis, ad 8 annos ab omnibus exactionibus et oneribus, iis vero, qui extra civitatem in praediis damna passi sunt, ad 1 annum libertatem concedit. r. XIV, 51.

1583. — *f. 2. ante Hedvigis (14 oct.).* C. rex Nicolao Szynowyecz de Zandowycze, burgrabio Cracoviensi et capitaneo Chanczynensi, consorti ipsius Annae 400 marc. in villis Othola, Coczina, medietate Phabyengowicze et Trosznyew inscribere permittit. XIV. 52.

1584. *Nova Civitas Corczin, f. 2 post Martini (18 nov.).* C. rex testificatur Andream de Schamothuly, castellanum Myedzyrzecensem, 1000 marc. dotis et dotalitii Catharinae, filiae olim Joannis de Olesnycza, consorti suae, super bonis suis haereditariis inscripsisse. AP. XIV, 47.

1585. ..... Datus est salvus conductus imperatori Tartarorum cum uxore, familia, fratribus, curribus et equis in regnum Poloniae veniendi. n. XIV, 47.

1586. ..... Enumeratio bonorum, quorum possessores censum non solverunt. n. g. XIV, 49.

1587. ..... Taxa capitaneorum, tenutariorum et exactorum certorum. Summa eiusdem taxae 11744 fl. n. XIV, 52.

1483.

1588. *Grodno, octava Circumcisionis Dni (8 ian.).* C. rex Casimiro, filio suo, facultatem praesentandi ad decanatum Leopoliensem, necnon praebendam in ecclesia Praemisliensi admittit. XIV, 52.

1589. —— *f. 3. post conversionis Pauli (28 ian.).* C. rex Joanni de Eclinge facultatem Gedanum veniendi cum 10 equis et hominibus dat. r. XIV, 53.

1590. —— *festo Purificationis V. M. (2 feb.).* C. rex Paulo Italico mercatori de Prementorio libere in regno Poloniae mercandi facultatem dat. r. XIV, 53.

1591. —— *die Dorotheae (6 feb.).* C. rex antiqua iura et privilegia civium Posnaniensium confirmat. XIV, 53.

1592. —— *dominica Invocavit (16 feb.).* C. rex Davidem de Buczacz, palatinum et capitaneum Podoliae generalem, certiorem facit se Nicolaum Costhyrka, Nicolaum notarium terrestrem, Nicolaum generum eius et Senkonem Olechnowycz, consules Camenecenses, ab expeditione bellica absolvisse. XIV, 54.

1593. —— *f. 3 post Reminiscere (25 feb.).* C. rex Felici de Pampow, dapifero Sandomiriensi et capitaneo Zydaczowiensi, bona Stenyawa districtus Stryyensis, quatuor literis Vladislai III regis obligata, de manibus Michaëlis Vyerczensky eximere permittit. XIV, 54.

1594. —— *f. 6 ante Oculi (28 feb.).* C. rex Joanni Odrowansch de Sprowa, palatino Russiae, super villa Sandzischow terrae Sandomiriensis ius theutonicum renovat, forumque septimanale singulis feriis quartis ibidem instituit. XIV, 55.

1595. —— „ —— C. rex Jaczkonem Zedranik de Zalewlya, qui bona Zaholownye districtus Chmelniczensis de manibus Hrin de Zaholownye exemerat, circa iura et privilegia, dicto Hrin concessa, conservat. XIV, 55.

1596. —— „ —— C. rex Gregorio de Ludbrancz, s. Floriani praeposito, primum beneficium proxime vacaturum dare promittit. XIV, 56.

1597. —— „ —— C. rex cives Trebovlienses a solutione exactionis civilis et a curru ratione expeditionis bellicae contra Turcos et Tartaros liberat. r. XIV, 56.

1598. *Vilna, dominica Oculi (2 mar.).* C. rex 600 marc. a Nicolao Sbroschek de Zyrnyky, tribuno Belzensi, mutuo receptas, pro Nativitate Christi reddere et in casu non solutionis intromissionem in bona Hrodlo dare promittit. r. XIV, 40.

1599. *Throki, f. 3 post Judica (18 mar.).* C. rex cives in Opoczno, calamitate ignis affectos, ad 5 annos ab exactionibus et oneribus liberat. XIV, 56.

1600. *Vilna, f. 2 post Ramispalmarum (24 mar.).* C. rex reformationem dotis et dotalitii Elisabethae, filiae Joannis de Opporow, palatini et capitanei Junivladislaviensis, uxoris Joannis Coszcieleczski, castellani Crusviciensis et succamerarii Dobrinensis, confirmat. XIV, 57.

1601. *Vilna, f. 2 post Ramispalmarum (24 mar.)* C. rex inscriptionem dotis et dotalitii Pyotrusschae, filiae Joannis de Opporow, palatini et capitanei Junivladislaviensis, consortis Joannis senioris de Domaborz, capitanei Naklensis, confirmat. XIV, 59.

1602. —— *f. 3 Paschae (1 apr.)*. C. rex villam Brzozowcze alias Knyahnycze, districtus Leopoliensis, Jacobi Ffelsthinski de Odnow, tribuni Haliciensis, haereditariam, de iure polonico in ius maydeburgense transfert. AP. XIV, 60.

1603. —— *f. 3 post Urbani (27 mai)*. C. rex Joanni episcopo Chelmensi et Nicolao de Ostrow, fratribus germanis, oppida Kazimierz et Vanvelnycza cum villis in possessionem dat, certamque summam in zuppis Bochnensibus et Vieliczensibus inscribit. R. XIV, 62.

1604. —— „ —— C. rex eisdem fratribus, ad decursum vitae alterius eorum, 120 marc. in eisdem zuppis quotannis recipiendas, pro summis in bonis Kazimierz et Vanvelnycza cum villis inscriptis, assignat. R. XIV, 63.

1605. —— „ —— C. rex eisdem fratribus super advocatiis in bonis Kazimierz et Wąwelnicza 6 marc. pro altarista seu praebendario altaris, quod dicti fratres erigent, inscribere consentit. R. XIV, 63.

1606. —— *vigilia Corporis Christi (28 mai)*. Sequuntur literae post mortem olim rev. patris domini Andreae, episcopi Vladislaviensis et regni Poloniae vicecancellarii, datae et per illustrissimum principem dominum Casimirum, serenissimi regis Poloniae secundogenitum, signeto sigillatae, quarum regestrum incepit (!) in Vilna in vigilia Corporis Christi anno 1483. n. XIV, 61.

1607. —— „ —— C. rex Nicolao de Ostrow literas super 60 marc. census annui in zuppis Bochnensibus dat. r. XIV, 64.

1608. —— „ —— C. rex Nicolao de Ostrow capitaneatum Lublinensem cum eisdem proventibus, quos Nicolaus Chranstowski, antecessor eius, recipiebat, confert. R. XIV, 64.

1609. —— „ —— C. rex Othae, Joanni et Matthiae Felstorph oppidum Staragard de manibus Margarethae, relictae olim Marci Fabiani, palatini Pomeraniae, eximere permittit. r. XIV, 64.

1610. *Troky, f. 6 post Aegidii (5 sep.)*. C. rex 120 marc. olim Nicolao Chrzanstowszky, castellano Chelmensi et capitaneo Lublinensi, debitam, filiis eius Floriano, Nicolao et Joanni in villa Lopyennyk, districtus Crasnostaviensis, inscribit. XIV, 102.

1611. —— *die Calixti (14 oct.)*. Przecensi notario datae sunt 8 membranae pro literis indemnitatis super eandem formam super 200 equites et 400 pedites versus Cosmyn expediendos. n. XIV, 66.

1612. —— *die Clementis (23 nov.)*. C. rex fam. Cnuczae Wolff, mercatori Cracoviensi, salvum conductum dat. XIV, 68.

1613. —— *f. 6 ante Andreae (28 nov.)*. Jarandus de Brudzew, canonicus Cruschwiciensis, una cum fratribus Stanislao, canonico Gnesnensi, et Nicolao, palatino Siradiensi, super bonis Brzesczie, Radziejow et Kowalie, sibi per Casimirum regem inscriptis, certam obligationem extradunt. XIV, 67.

1614. —— „ —— C. rex Jarando de Brudzew, canonico Cruszwiciensi, bona Brzesczie, Radziejow et Kowalie certis sub conditionibus cum fratribus eius dividere permittit. XIV, 67.

1615. —— *f. 2 in crastino Andreae (1 dec.)*. C. rex Felici de Panyow, tenutario Szudaczovyensi, novam piscinam in villa Grodzisko erigere permittit. r. XIV, 69.

1616. ..... C. rex certum contractum inter Stanislaum de Brudzew, Gnesnensem et Posnaniensem canonicum, eiusdemque fratres germanos Jarandum, canonicum Crusviciensem, et Nicolaum, palatinum Siradiensem, ratione bonorum Brzesczie, Radzieiow et Kowale, confirmat (finis deest). XIV, 64.

1617. ..... C. rex Martino Cuchta et Georgio Juriasch, theloneatoribus Leopoliensibus, certum theloneum arrendat (initium et finis desunt). XIV, 65.

1618. ..... Certa ordinatio regia occasione capitaneatus Lublinensis. XIV, 66.

1619. ..... C. rex Petro Canssy literas indemnitatis super 10 equis et 100 peditibus dat. XIV, 66.

1484.

1620. *Sandomiria, f. 2 infra octavas Epiphaniarum (12 ian.)*. C. rex Annae, relictae Joannis de Rithwyany, palatini Cracoviensis, oppidum Polanyecz donat. XIV, 147.

1621. *Colo, sabbato, ante Valentini (7 feb.)*. C. rex Nicolao de Dzialin, palatino Junivladislaviensi, bona Postolicze, Budzin, Brzetynyecz Preczlao de Potulicze, castellano Rogosnensi, in 1600 fl. obligare permittit. r. XIV, 95.

1622. *Calo, f. 6 post Scholasticae (13 feb.).* C. rex eidem Nicolao de Dzialin villam Osmolin districtus Gambinensis Martino de Cuthno, pincernae Gostinensi, in 500 fl. obligare permittit. r. XIV, 94.

1623. *Sine loco, f. 3 ante Petri ad cathedram (17 febr.).* Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto feria tertia ante festum beati Petri ad cathedram, deputato per serenissimum principem et dominum dominum Casimirum, Dei gratia, regem Poloniae etc., venerando patre domino Gregorio de Ludbrancz, s. Floriani et Scarbimiriensi praeposito, in regni Poloniae vicecancellarium et eodem die sigillo suscepto, tandem literarum regalium, tempore officii Suae Paternitatis expeditarum, feliciter incipit regestrum. n. XIV, 71.

1624. *Lublin, in conventione, f. 4. post Valentini (18 feb.).* C. rex una cum consiliariis promulgat decretum, vigore cuius Joannes de Ostrorog Posnaniensis et Jacobus Zaklika Chelmensis castellani in casu non solutionis 1000 marc., Joanni, Andreae et Gregorio de Bronischow ac Andreae Roza, praeposito Lanciciensi, debitarum, eisdem fratribus intromissionem in bona regalia Stobnicza, Andreae vero Roza in bona Przeczlawka terrae Sandomiriensis dare debebunt. XIV. 71.

1625. —— „ —— C. rex testificatur Dobruchnam, relictam Joannis de Calynowa, palatini Calissiensis, 200 fl. hung. a Joanne Amor de Tarnow, palatino Cracoviensi, in mutuum recepisse. XIV, 72.

1626. —— „ —— C. rex, ad petitionem Domarathi de Slyathko, villam regalem Scharawka, terrae Podoliae et districtus Smotricensis, de iure polonico et ruthenico in ius theutonicum transfert et novas villas Boburczincze supra fluvium Uschicza, Krzemyazow et Dworzyscze locare permittit. GL. XIV, 95.

1627. —— „ —— C. rex, ad petitionem ven. Andreae Roza de Borzyssowycze, literas Boleslai, Cracoviae et Sandomiriae ducis, Cracoviae, 15 calendas ianuarii (18 dec.) anno 1260 datas, super sortes in villis Swyanthnyky et Brzezye, prope fluvium Rudawa, ecclesiae Cracoviensi donatas, confirmat. XIV, 99.

1628. —— *f. 4 ante Petri ad cathedram (18 feb.).* C. rex Nicolao Volikowski, vexillifero Gdanensi, villas Lindnowo, Radzimensis districtus, Kilowo et Czischowo, districtus Gdanensis, in 200 sexagenis solidorum pruthenicorum ei inscriptas, uxori eius Ursulae resignare permittit. GL. XIV, 73.

1629. —— „ —— C. rex Urieli episcopo Posnaniensi veteres census in summa 130 marc. in possessionibus variarum personarum inscriptos redimere et in usum ecclesiasticum convertere permittit. GL. XIV, 96.

1630. —— „ —— C. rex testificatur Matthiam de Sluszew, castellanum Brestensem, 3000 fl. hung. dotis et dotalitii Navoycze, filiae olim Joannis de Calynowa, palatini Calissiensis, super medietate omnium bonorum suorum inscripsisse. GL. XIV, 138.

1631. —— *f. 5 ante Petri ad cathedram (19 feb.).* C. rex cives oppidi Glynyani, calamitate ignis affectos, ab omnibus exactionibus, exceptis tamen censibus ex agris provenientibus, ad 8 annos absolvit. XIV, 74.

1632. —— „ —— C. rex Jeronimo de Novemyasto, curiensi suo, 50 marc. super bonis Rawa, pro priori inscriptione super proventibus Lanciciensibus, tenutae Petri Dunyn de Prawkowycze, palatini Brestensis, inscribit. XIV, 81.

1633. —— „ —— C. rex in oppido Parczow nundinas pro festis Assumptionis V. M. (15 aug.) et Martini (11 nov.) et forum septimanale pro quolibet die sabbato instituit. GL. XIV, 97.

1634. —— „ —— C. rex Andreae Pyenyazek de Krusslowa, ratione legationis ad Vladislaum Bohemiae, regem, 80 marc. super oppido Jasslo, districtus Beczensis, inscribit. XIV, 98.

1635. —— *f. 6 ante Petri ad cathedram (20 feb.).* C. rex Urieli episcopo Posnaniensi Petrum Magnuschewski, clericum dioecesis Plocensis, ad ecclesiam in Mszonow, morte Pauli Belski vacantem, nominare admittit. XIV, 75.

1636. —— „ —— C. rex Nicolao de Senno, archidiacono Sandomiriensi et canonico Cracoviensi, 1600 fl. hung., Jacobo archiepiscopo Gnesnensi debitos, et ad solutionem apud Joannem de Ostrorog, castellanum Posnaniensem, de contributione cisae demonstratos, in theloneo aquatico Dobrinensi et Bobroviensi inscribit. XIV, 78.

1637. —— „ —— C. rex testificatur oppidum Crassnystaw cum suburbiis et villis titulo reemptionis Joanni, episcopo Cracoviensi, eiusque nepotibus, filiis olim Joannis de Rzeschow, castellani Praemisliensis, venditum, nunc ab ipso Joanne episcopo pro 8000 fl. hung., exceptis nonnullis sortibus villarum, ipsi Joanni episcopo eiusque nepotibus reservatis, restitutum esse. XIV, 101.

1638. —— „ —— C. rex concordiam ratione bonorum inter Petrum thesaurarium regni et Nicolaum castellanum Rosperiensem, de Curozwanky sub vadio 1000 fl. hung. confirmat. GL. XIV, 113.

1639. —— *medio februario.* C. rex a Petro Myskowsky, curiensi suo, 400 fl. hung. in mutuum recipit. GL. XIV, 75.

1640. *Lomazy, sabbato ante Petri ad cathedram (21 feb.).* Epistola C. regis ad Creslaum de Curozwanki, cancellarium regni, de extradenda quitantia Petro Sobyenski, capitaneo Scepusiensi, super 100 fl. et Henrico Sobyenski, fratri eius super 150 marc. XIII, 180.

1641. *Grodno, mense martio.* Data est quitantia Thomae Perstinski cubiculario super 10 marc. et 8 ulnas pauni zathaviensis nigri ad Schan, theloneatorem Belzensem. n. XIV, 79.

1642. —— *f. 3 Carnisprivii (9 mar.).* C. rex Petrum Kanssy rothmagistrum eiusque comitivam, 14 equites et 100 pedites, in servitium suscipit et pensionem quartualem 10 fl. hung. equiti et 5 fl. hung. pediti assignat. XIV, 76.

1643. —— „ —— C. rex arrendationem bonorum Lyssathicze nob. Juchno Nagwasdan de Stankow per Casimirum, secundogenitum suum, ad 6 annos factam confirmat. XIV, 77.

1644. —— *f. 3 post Invocavit (9 mar.).* C. rex Stanislao Curopathwa, curiensi suo, 50 marc. super oppido Parczow et villis pertinentibus, tenutae eius, inscribit. XIV, 77.

1645. *Sine loco, 10 martii.* C. rex Petro de Koszlow, licentiato in decretis, ad capellam in Slumnyky, per Bernhardum Ludbranski, notarium regium, de consensu regio, ei resignatam, praesentationem dat. r. XIV, 78.

1646. —— *11 martii.* C. rex Nicolao, praeposito et vicezupparío Wyeliciensi, ad capellam Wyeliciensem, ei per ven. Joannem Lubransky de consensu regio resignatam, praesentationem dat. r. XIV, 78.

1647. *Wilna, f. 2 post Oculi (22 mar.).* Data est quitantia super 30 fl., quos Iwasko armenus in Thartariam recipere debet pro necesitate regia, ad Cuchta et Jurgiasch, theloneatores Belzenses. e. XIV, 79.

1648. —— *mense martio.* Responsum, per Regiam Mtem nuntio palatini Moldaviae datum, occasione praetensionis regiae de invasionibus perpetuis gentium armatarum ex Moldavia in Podoliam. XIV, 79.

1649. —— *f. 6 ante Judica (2 apr.).* Data est quitantia Jacobo Calowski super 7 ulnas panni macheliensis ad Schan iudaeum, theloneatorem Belzensem. n. XIV, 79.

1650. —— „ —— Data est quitantia super pannum zithaviensem pro illustrissimis natis Regiae Mtis ad theloneatores Leopolienses. n. XIV, 79.

1651. —— *f. 6 ante Palmarum (9 apr.)* C. rex, ad petitionem Sbignei, archiepiscopi Gnesnensis, literas Vladislai II regis, in Vielun, f. 2 post Judica (14 mar.) anno 1418 datas, super piscina in Gramben, confirmat. GL. XIV, 102.

1652. *Pythkowicze, dominica Conductus Paschae (25 apr.).* Casimirus, dux Oswyancimensis, recognoscit se consorti suae Machnae, ducissae Ratioriensi, dotem et dotalitium in bonis Spitkowicze et Brchowycze inscripsisse. b. XIV, 108.

1653. *Vilna, die Inventionis Crucis (3 mai).* C. rex Derslao Zuwnowski 20 marc., Alberto Borawski, notario regio, mutuatas, in villa Petrikow districtus Leopoliensis inscribit. r. XIV, 81.

1654. —— *f. 3 Floriani (4 mai).* C. rex testificatur Nicolaum de Thanczin, gladiferum terrae Cracoviensis, Olechnae, filiae Olechno de Chożowa, palatini Vilnensis et MDLithuaniae cancellarii, consorti vero suae, 6000 fl. hung. dotis et dotalitii in medietate bonorum suorum inscripsisse. XIV, 83.

1655. —— *in crastino Floriani (5 mai).* C. rex Nicolao de Thanczin, gladifero Cracoviensi, bona Jaroslawyecz et partem villae Russyenyecz, districtus Chelmensis, de manibus Nicolai Slabosch de Pathnowicze eximere permittit. r. XIV, 82.

1656. —— „ —— C. rex Nicolao Slabosch oppidum Coschicze cum villis Cuchari et Jawischowicze de manibus Nicolai de Thanczin eximere permittit. r. XIV, 82.

1657. —— *f. 6 post Stanislai in maio (10 mai).* C. rex, ad petitionem Floriani Chrzanstowszky et fratrum ipsius Nicolai et Joannis, literas suas in Troky f. 6 post Aegidii (5 sep.) anno 1483 datas (supra Nr. 1610), super villa Lopyennyk, ratificat et innovat. XIV, 102.

1658. —— *f. 6 ante Sophiae (14 mai).* C. rex castrum Grudzyandz cum civitate et villis Joanni Sokolowski, curiensi regis Bohemiae, tenendum confert et priorem tenutarium Albertum Kyelbassa de Thimyenyecz a iuramento fidelitatis ratione huius tenutae absolvit. XIV, 103.

1659. —— *sabbato ante Urbani (22 mai).* C. rex Jacobo de Buczacz, castellano Haliciensi, ratione servitiorum in Valachia, super villa Lethnyowicze terrae Podoliae 10 marc. inscribit. XIV, 83.

1660. —— *mense maio.* C. rex Ambriosio Pampowski, vexillifero curiae suae, civitatem Srzoda cum villis Rschenicza, Ugelino et Roniyewicze de manibus Georgii, Stanislai et Joannis germanorum de Thomicze eximere permittit. XIV, 104.

1661. —— „ —— C. rex Andream Gwaszkonem iuxta possessionem oppidi Gnesna reservat, neminique facultatem eximendi hanc tenutam dare pollicetur. XIV, 105.

1662. *Vilna, sabbato in vigilia Pentecostes (5 iun).* C. rex Raphaëli de Leschno, castellano Spiczimiriensi, pro 250 marcis et 4 diebus stationis, quemlibet diem per 50 marc. computando, capitaneatum Lanciciensem ad annum in tenutam dat. XIV, 87.

1663. —— *f. 2 Pentecostes (7 iun.).* Datae sunt literae indemnitatis Petro Kassy in 14 equis et 100 peditibus. n. XIV, 87.

1664. —— *in crastino Trinitatis (14 iun.).* C. rex archiepiscopo Gnesnensi literas indemnitatis pro stipendiariorum susceptione dat. r. XIV, 105.

1665. —— *dominica infra octavas Corporis Christi (20 iun.).* C. rex Joanni Piszczikur, civi et mercatori Lublinensi, salvum conductum per totum regnum Poloniae ad unum annum extradit. XIV, 105.

1666. *Sine loco, in crastino Joannis Bapt. (25 iun.).* C. rex Joanni Vyązowniczki villas Plawcum et Plawska Wolya de manibus Joannis Korzenyewski eximere permittit. r. XIV, 82.

1667. *Polabicze, sabbato ante Petri (26 iun.).* C. rex Creslao de Curozwanki, cancellario regni, quitantias super indicatis summis pecuniarum et aliis rebus extradere permittit. XIII, 181.

1668. *Vilna f. 5 Kiliani (8 iul.).* C. rex Joanni Hannussek de Praemislia et uxori eius salvum conductum a creditoribus admittit. XIV, 106.

1669. —— *dominica ante Margarethae (11 iul.).* Datus est consensus hon. Joanni Vaszlinski super commutationem capellae in Stara Rawa pro aliquo beneficio. n. XIV, 82.

1670. —— *f. 3 Margarethae (13 iul.).* C. rex relictam uxorem Margaretham et prolem Stanislai Lanthman, civis et mercatoris Cracoviensis, a praedonibus occisi et spoliati, a solutione debitorum, per praefatum Stanislaum Lanthman contractorum absolvit. XIV, 106.

1671. *Troky, f. 5 post Jacobi (29 iul.).* C. rex Joanni Slawa (?) de Vilna, sartori suo, domum ligneam in civitate Lublinensi, in platea retro domum Vyelunsky, cum horto donat. XIV, 107.

1672. —— *sabbato ante Petri ad vincula (31 iul.).* C. rex Joanni Drzewyczsky, praeposito Chelmensi et notario regio, bona Makowyecz, districtus Radomiensis, de manibus Annae, filiae olim Joannis Strzalkowsky, succamerarii curiae regiae, consortis vero Janussii Powala de Troyanow, eximere permittit. XIV, 107.

1673. —— *mense iulio vel augusto.* C. rex Clementi Brandis de Radvcza, incisori reginae Elisabethae, portulanatum in zuppis Vyeliczensibus, post promotionem gen. Elgoth ad commendatariam S. Joannis in Posnania vacantem, confert. XIV, 105.

1674. —— „ —— C. rex Stanislao Curopathwa de Laczuchow, tenutario Parczoviensi, 50 marc., in quibus Janussius Hungar, curiensis regius, eidem Stanislao obligatus erat, in eadem tenuta inscribit. XIV, 106.

1675. - *sabbato in vigilia Assumptionis V. M. (14 aug.).* Data est Cracoviae Swanthoslao, portitori regio, litera super portulanatum inferiorem castri Cracoviensis. n. XIV, 108.

1676. —— *sabbato infra octavas Assumptionis V. M. (21 aug.).* C. rex Petrum Kanssy rothmagistrum cum 14 equitibus et 100 peditibus pro necessitate MDLithuaniae in servitium suscipit et salarium quartuale per 10 et 5 fl. hung. eisdem assignat. XIV, 82.

1677. —— *dominica infra (! in) octavas Assumptionis V. M. (22 aug.).* Datus est consensus Joanni Strusz de Comorow eximendi villam regalem Wluszicze, in terris Podoliae et districtu Camenecensi, de manibus relictae nobilis . . . . . (deest). n. XIV, 108.

1678. —— *in vigilia Bartholomaei (23 aug.).* C. rex pro praeposito Cosczyelyeczski 100 marc., quas Nicolao de Markow, vexillifero Junivladislaviensi, super praedio Trzebyeczescz inscripsit, intercedit. r. XIV, 108.

1679. —— „ —— C. rex Nicolao Cosczyelyeczski, praeposito Vladislaviensi, castrum Brodnicza cum oppido et villis de manibus hon. Gliwiczowa de Cracovia eximere permittit. r. XIV, 108.

1680. —— *f. 3 post Bartholomaei (31 aug.).* C. rex civibus de Lanczicza, calamitate ignis affectis, libertatem ab omnibus exactionibus et oneribus, exceptis censibus ex agris, ad 8 annos admittit. XIV, 93.

1681. —— „ —— C. rex oppido Dambrowycza libertatem ab exactionibus ad 5 annos admittit. r. XIV, 93.

1682. —— *f. 3 Exaltationis Crucis (14 sep.).* C. rex literas Casimiri, Oswyanczimensis et Zatoriensis ducis, in Pythkowicze, dominica Conductus Paschae (supra Nr. 1652) datas, de reformatione dotis Machnae, ducissae Ratiboriensis, consortis eius, confirmat. GL. b. XIV, 108.

1683. *Camyenyecz, dominica ante Simonis et Judae (24 oct.).* Data est praesentatio hon. magistro Joanni Ferwer de Gdansk ad ecclesiam parrochialem tituli S. Mariae. n. XIV, 92.

1684. *In conventione Pyotrcoviensi, die Clementis (23 nov.).* Nob. Petro Kąssy data est litera indemnitatis. n. XIV. 112.

1685. —— *f. 4 in vigilia Catharinae (24 nov.).* C. rex Paulo de Jaszienecz, castellano, Sandomiriensi et Mariemburgensi capitaneo, bona Derschawa cum villis, districtus Pomeraniae, de manibus successorum Nicolai Boyarski, palatini Pomeraniae, eximere permittit. GL. XIV, 112.

1686. *In conventione Pyotrcoviensi, f. 5 Catharinae (25 nov.).* C. rex, cupiens conditionem monasterii Cisterciensis in oppido Choronowo, in terra Crayna, districtu Bidgostiensi et dioecesi Vladislaviensi iacentis, efficere meliorem, in eodem oppido forum annuale pro die 11000 virginum (21 oct.) instituit. GL. XIV, 92.

1687. —— *f. 6 post Catharinae (26 nov.).* C. rex Joanni Wiszoczky dapiferatum Vladislawiensem, post promotionem Nicolai Janyszowsky ad subiudicatum Brestensem vacantem, confert. XIV, 92.

1688. —— *sabbato post Catharinae (27 nov.).* C. rex in causa inter Nicolaum Bzowski de villa Sthun, ex una, et nobb. Joannem civem Lublinensem et Dorotheam consortem ipsius, coniuges Wisznyewskie, ex altera parte, ratione certarum summarum, in bonis regalibus Crampyecz et Raczibor owycze pueris olim Joannis Transsytobolka (Trząsszitobolka) inscriptarum, decretum fert. XIV, 93.

1689. —— *dominica ante Nicolai (5 dec.).* C. rex Martino Wissoczski villam Haliczany districtus Chelmensis de manibus Stanislai Smock eximere permittit. r. XIV, 94.

1690. —— *f. 2 Nicolai (6 dec.).* C. rex Andreae de Czyechouicze, iudici Gostinensi, villam Thopolno districtus Gambinensis de manibus Andreae de Kozlow, castellani Gostinensis, eximere permittit. r. XIV, 94.

1691. —— *f. 6 post Conceptionis V. M. (10 dec.).* Data est gratia exspectativa super castellanatum Conariensem in terra Lanciciensi Joanni Schamowski, quem tenet nunc Nicolaus Puczek. n. XIV, 100.

1692. —— *f. 3 post Luciae (14 dec.).* C. rex Martino Zborowsky castrum Odolanow cum oppido et villis do manibus Joannis Kosmider de Iwanowicze eximere permittit. r. XIV, 12.

1693. —— „ —— C. rex eidem Zborowsky castrum Ostrzeschow cum oppido et villis, terrae Calissiensis, de manibus Dobrogostii de Ostrorog, castellani Myedzyrzecensis, eximere permittit. r. XIV, 12.

1694. —— *f. 5 post Luciae (17 dec.).* C. rex Sigismundum Stosch de Cunicze et Olbrachczicze, curiensem suum, eiusque posteritatem nobiles cum stemmate lekna declarat. GL. XIV, 126.

1695. —— *f. 6 post Luciae (17 dec.).* C. rex, ad preces Matthiae de Rokythnycza, plebani Ravensis, privilegium fundatoris altaris in ecclesia parrochiali s. Petri, per Casimirum et Vladislaum, Masoviae duces, donatum, confirmat, altaristae ipsius villam Orlagora donat, eumque duas missas pro regno Poloniae qualibet septimana legere obligat. GL. XIV, 116.

1696. —— *sabbato post Luciae (18 dec.).* C. rex Clementi Wolski de Steblowycze 12 mansos cum advocatia in villa Slunyecz et $4^1/_2$ mansos in Steblowycze, districtus Starogardiensis terrae Culmensis, de manibus Barthossii Ffonella de Thorun eximere permittit. r. XIV, 94.

1697. —— *sabbato Quatuor temporum Luciae (18 dec.).* C. rex piscinam in Busko incolis eiusdem oppidi donat, reservando ius piscandi Paulo de Jassyenycz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Mariemburgensi, moderno Buscensi capitaneo, et coquinae regiae. XIV, 117.

1698. —— *dominica ante Thomae (19 dec.).* C. rex Nicolao de Cosczelecz, capitaneo Bidgostiensi, oppidum Slochow cum villis, terrae Pomeraniae, Preczlao Slowak de Clopoczino, vixillifero Ravensi, obligare permittit. r. XIV, 94.

1699. —— „ —— C. rex eidem Nicolao de Cosczelecz bona Osszick, terrae Culmensis et districtus Sweczensis, Ottae Schemyollowsky iure reemptionis obligare permittit. XIV, 94.

1700. —— „ —— C. rex in causa inter Sbigneum archiepiscopum Gnesnensem, Nicolaum de Cuthno, palatinum Lanciciensem et capitaneum Maioris Poloniae generalem, et Paulum de Jassyenyecz, castellanum Sandomiriensem et capitaneum Mariemburgensem, ex una, et Laurentium Grusczynsky Cosmyder, ex altera parte, ratione praetensionum et pecuniarum in bonis Msczonow inscriptarum, decernit praedictos consiliarios nihil praefato Laurentio solvere debere, ipseque rex ei certam summam donat. XIV, 122.

1701. —— *f. 2 in vigilia Thomae ap. (20 dec.).* Datus est consensus Nicolao Sczawinski super 600 fl. super curia Schalony dwor. n. XIV, 94.

1702. —— „ —— Datus est alius consensus Paulo Jassyensky ad redimendum bona regalia, id est, villam in Maiori Insula de manibus Jacobi Costhka. n. XIV, 94.

1703. *Sandomiria, f. 5 post Nativitatem Christi (30 dec.).* C. rex privilegium Boleslai, Cracoviae et Sandomiriae ducis, oppido Polanyecz super silva Sczeka pro pascuis, domibus aedificandis et aliis necessitatibus utifruenda datum, confirmat. GL. XIV, 146.

1704 ..... C. rex Felici de Panyow, capitaneo Stryiensi, 100 fl. hung. in Stryy inscribit. XIV, 75.

1705. ..... C. rex, ad petitionem Pauli de Jassyenyecz, castellani Sandomiriensis, Chelmensis et Belsensis capitanei, familiari eius nob. Joanni Dambski medietatem domus in Rubyeschow, post mortem prov. Myss ad se devolutae, donat. XIV, 75.

1706. ..... C. rex testificatur Nicolaum de Borzyschowycze, cum consensu Andreae Roza, praepositi Lanciciensis, fratris sui germani, 800 marc. dotis et dotalitii Annae de Radochowycze, filiae Petri Vapowski, uxori vero suae, inscripsisse. XIV, 76,

1707. ..... Data est praesentatio in manus Urielis de Gorka, episcopi Posnaniensis, super capellam in Vanglow. n. XIV, 76.

1708. ..... C. rex Ambrossio Pampowski, vexillifero curiae suae et dapifero Posnaniensi, 50 marc. annui salarii de zuppis Cracoviensibus ad vitae tempora assignat. XIV, 77.

1709. ..... Legatio ad imperatorem Tartarorum amicitiae renovandae causa. XIV, 78.

1710. .. .. Epistola C. regis ad magistrum Prussiae in causa Joannis Skalanczsky, Silesiae indigenae. XIV, 80.

1711. ..... Legatio regia ad palatinum Posnaniensem in causa cuiusdam Stiborii malefactoris, qui multas violentias, iniurias et damna variis hominibus intulit. XIV, 81.

1712. ..... Datus est consensus Bernhardo Lubranski resignandi capellam in Thlokynya hon. Bodzanthae de Comornyki. n. XIV, 82.

1713. ..... Data est praesentatio ad Jacobum de Dambno, castellanum Cracoviensem, ad ecclesiam Łąszany. n. XIV, 82.

1714. ..... Datus est consensus resignandi ecclesiam in Sczawin in manus Joannis de Jezow. n. XIV, 82.

1715. ..... Data est praesentatio hon. Gregorio de Proschowicze in Brzesznycza de consensu regio. n. XIV, 82.

1716. ..... Data est praesentatio Nicolao praesbitero de Gyrzycze in Jakschycze de consensu regio. n. XIV, 82.

1717. ..... Data est praesentatio domino Andreae dispensatori super ecclesiam in Lubomla. n. XIV, 82.

1718. ..... Data est praesentatio Joanni praesbitero de Czapeczky in Dambrowycze de consensu regio. n. XIV, 82.

1719. ..... Data est praesentatio Martino de Lukow super capellam in Golambye. n. XIV, 82.

1720. ..... Data est praesentatio Lucae de Choczimow super praebendam in castro Ch. ..... n. XIV, 82.

1721. ..... Articuli legationis regiae ad dominos Russiae et Podoliae in rebus domesticis per decanum Camenecensem. XIV, 84.

1722. ..... Legatio ad dominos per Drzevyeczsky et Danielem in rebus Hungariae, Valachiae, brevis Roma allati et bullae iubilaei. XIV, 85.

1723. ..... Regestrum donorum imperatori Turcarum per Michowski missorum. XIV, 87.

1724. ..... Articuli legationis per Myskowsky ad Sbigneum Olesnicki, archiepiscopum Gnesnensem, in variis rebus. XIV, 87.

1725. ..... Legatio per Gregorium de Ludbrancz, regni vicecancellarium, et Nicolaum de Thanczin, nomine consiliariorum Poloniae, ad consiliarios Lithuaniae de pace, concordia et unione mutua colenda. XIV, 89.

1726. ..... Summa legationis ad palatinos Posnaniensem, Calissiensem et Lanciciensem, ut in certis rebus consilium praebeant. XIV, 90.

1727. ..... Articuli legationis regiae per Danielem ad palatinum Valachiae. XIV, 91.

1728. ..... Articuli legationis regiae, dati nuntio in Turciam misso. XIV, 91.

1729. ..... C. rex Henrico Eklinkof, civi Gdanensi, propter certas controversias et litigia de civitate illa proscripto, literas salvi conductus dat. XIV, 103.

1730. ..... Friderici III responsum de rebus Hungariae et mutuis cum Casimiro rege relationibus, Joanni Brandis datum. XIV, 111.

1731. ..... C. rex Sigismundo Stosch de Cunicze et Olbrachczicze, curiensi suo, et Joannae de Czimburg et Thowaczow, uxori eius, 200 marc. in villa Pyeczanyagi districtus Proschoviensis inscribit. XIV, 111.

1732. ..... C. rex eisdem coniugibus 20 marcas annuas ad tempora vitae in zuppis Vyeliczensibus inscribit. XIV, 111.

1733. ..... Data est libertas oppido Skala super 3 annos immediate se sequentes duntaxat dampna passo. n. XIV, 119.

1734. ..... Nicolao de Proschowycze datus est consensus commutandi villam Raczlawycze pro ..... cum ..... de Kazimierz. n. XIV, 147.

1735. ..... Felici de Panyewo, dapifero Sandomiriensi et capitaneo Camenecensi, super castro et civitate Stry ac villis 100 marcae inscriptae sunt. n. XIV, 147.

1736. ..... Eidem aliae 100 marcae inscriptae sunt (deletum). n. XIV, 147.

1737. ..... C. rex confirmat sententiam, latam per Joannem de Ostrorog, castellanum Posnaniensem, Creslaum de Curozwanki, cancellarium regni, et Joannem Sapiensky, iudicem Calissiensem, iudices specialiter a se deputatos, in causa inter Stanislaum abbatem de Mogylno, eiusque conventum et nobb. Joannem et Stanislaum, filios Nicolai de Panthnowo, scultetos haereditarios in Mogylno, qua scultetiae in Mogylno, Olsche et Mnyszek dicto conventui adiudicantur (finis dest). XI, 389.

1738. ..... Regesta quitantiarum ab anno 1484 ad annum 1490 per Mtem Regiam sub relatione Creslai de Kurozwanki, decani Gnesnensis, regni Poloniae cancellarii, datarum (typis impressa in „Teki A. Pawińskiego", vol. II, Varsoviae, 1897). XIII, 41—151.

1739. ..... Exactores contributionum in variis terris. XIII, 159.

1740. ..... Inscriptiones et intitulationes literarum, a rege Poloniae scribendarum, ad pontificem maximum, variosque cardinales, reges, principes, dignitarios. XIII, 161—169, 179.

1741. ..... Dignitarii et officiales terrarum Prussiae, Praemisliensis, Leopoliensis, Haliciensis, Podoliae, Belzensis, Sanocensis, Gostinensis et Ravensis. XIII, 167, 170—172.

1485.

1742. *Sandomiria, f. 3 ante Epiphaniae (4 ian.).* C. rex Joanni Stankoni, medicinae doctori, cantori Sandomiriensi et physico regio, fraternitatem salis in oppido Zarnow instituere admittit, ea conditione, quod fraternitas nullum aliud sal nisi bancatum zupparum Cracoviensium vendere audeat. GL. XIV, 117.

1743. —— „ —— C. rex Dobeslao de Kuroszwanki, palatino Lublinensi et tenutario Pyotrkoviensi, mandat, ut Martinum abbatem et conventum Sulejoviensem iuxta possessionem bonorum monasterii, ex quibus regi annualiter statio solvitur, conservet. GL. XIV, 118.

1744. —— *f. 2 post Epiphaniarum (10 ian.).* C. rex, exaudita opinione Jacobi de Dambno, castellani et capitanei Cracoviensis, Joannem Wyarowniczsky, quem Petrus de Curozwanky, regni vicethesaurarius, infamaverat, pro vero et indubitato nobili haberi et reputari mandat. GL. XIV, 117.

1745. —— „ —— C. rex confirmat concordiam inter Annam de Woyczyechow, relictam Joannis de Rithwyany, palatini Cracoviensis, ex una, et Nicolaum de Curozwanki, castellanum Rosperiensem, consortemque eius Evam de Rithwyany, praefati olim palatini filiam, ex altera parte, in vim cuius dicta Anna piscinam novam in Staschow cum fluvio Czarna et campis Pogwizdow et Volya Staschowska ad vitam tenere debet. GL. XIV, 153, 164.

1746. —— *f. 6 post octavas Epiphaniarum (14 ian.).* C. rex Nicolao de Curoszwanky, castellano Rosperiensi, villas Czaykow et Bukowa, districtus Sandomiriensis, pro 1000 marcis iure reemptorio vendit. XIV, 152, 164.

1747. —— „ —— Stanislaus de Lanczkoruna, curiae regiae marsalcus, et Andreas Sobyenski significant Nicolaum de Curoszwanky, castellanum Rosperiensem, villas Czaykow et Bukowa Annae de Woyczyechow, relictae Joannis de Rithwyany, iure advitalitio cessisse, et uti fideiussores regii, pro solutione Nicolao de Curoszwanky 1000 marc. bonis suis alter oppido Dobschicze, alter oppido Dubyeczko fideiubent. XIV, 154.

1748. *In conventione Novae Civitatis Corczin, f. 2 ante Agnetis (17 ian.).* C. rex nob. Laskario Laszcz 50 marc. super villa Deraszin districtus Cameneczensis inscribit. XIV, 119.

1749. —— „ —— C. rex, ad petitionem Georgii de Ludbrancz, Scarbimiriensis praepositi et vicecancellarii regni, forum annuale in oppido Scarbimierz pro festo Aegidii (1 sep.) instituit. XIV, 119.

1750. *In conventione Colensi, f. 5 Scholasticae (3 feb.).* C. rex testificatur Margaretham de Sprowa, relictam Stanislai Denowski inscriptionem dotis et dotalitii in summa 4000 marc. in bonis Rzeschow filio suo Joanni cessam revocasse. XIV, 125.

1751. —— *f. 4 Apolloniae (9 feb.).* C. rex testificatur Gregorium de Vilczino, ecclesiae collegiatae S. Mariae Posnaniensis canonicum, medietatem bonorum suorum in oppido Vilczino et villis Cownathi et Coledzyeyow, districtus Gnesnensis, Raphaeli de Vilczino, nepoti germano, donavisse. GL. XIV, 123.

1752. —— *f. 6 ante Valentini (11 feb.).* C. rex emptionem census apud terrigenas terrarum Lanciciensis, Gostinensis et Ravensis in rem ecclesiae collegiatae Loviciensis, confirmat. XIV, 127.

1753. —— *sabbato ante Valentini (12 feb.).* C. rex testificatur Raphaëlem de Vilczino Annae, filiae Martini de Crosnyewicze, venatoris Lanciciensis, consorti vero suae, 400 marc. dotis in medietate bonorum suorum inscripsisse. XIV, 124.

1754. —— *f. 2 Valentini (14 feb.).* C. rex literas Nicolai de Cuthno, palatini Lanciciensis, Nicolao de Paluka super venditione molendini in Gostynin datas, confirmat. XIV, 128.

1755. *Gnezna, sabbato ante Oculi (5 marc.).* C. rex testificatur Joannem Deno 2000 fl. hung dotis Hedvigis de Calinovo, filiae olim Joannis Zaremba, palatini Calissiensis, ris suae, e manibus Nicolai de Cuthno, palatini Lanciciensis et capitanei Maioris Poloniae neralis, et Joannis Nyechanowski, canonici Gnesnensis, testamenti praefati Zarembae exec rum, acceptos, ac etiam 600 fl. et 200 marc. a Dobrochna, matre consortis suae, donatos in nis suis oppido Denow cum villis inscripsisse. GL. XIV, 129.

1756. —— „ —— C. rex testificatur Casparem de Leschno, succamerarium Calissie sem. fideiussisse pro Joanne Denowski, quia bona sua Denow cum villis ab omnibus debitis s poena 1000 marc. eliberabit. XIV, 129.

1757. *Antiqua Nyeschawa, f. 3 post Oculi (8 mar.).* C. rex testificatur Joannem Carl kowsky, thesaurarium Junivladislaviensem, 100 marc. dotis uxoris suae Margarethae de Lud brancz in bonis Gnoyno et Strzemislowo, districtus Junivladislaviensis, inscripsisse. XIV, 130.

1758. *Nyessawa Dybow, f. 3 post Oculi (8 mar.).* C. rex significat Albertum de Jarczewo et Mydliczyn (?) certas sortes in Jarczewo, districtus Gnesnensis, Petro Ostrowsky vendidisse. XIV, 131.

1759. *Thorun, f. 3 post Oculi (8 mar.).* C. rex testificatur Gothardum de Radlin, capitaneum in Rogozno, de consensu Nicolai Bystran de Radlin, fratris sui germani, ac etiam Joannis de Dambrowka, castellani Culmensis, fratris ac Sophiae et Margarethae, sororum uxoris suae Marthae de Dambrowka, eidem 2500 fl. dotalitii in villa Trczyana, medietate bonorum regalium oppidi Lassin et Dlugawyesch, necnon villarum Sunowo, Szumbark, Gybin, Wyelke Rogozno, Nowawyes duplici, Dambrowka, Rogoziek, Wyeldzandz, Czaplye, Zarnowek, Sczepankowo et Monthowy inscripsisse. XIV, 135.

1760. —— *f. 4 post Judica (23 mar.).* C. rex emptionem 18 mansorum ac 2 hortorum cum taberna in villa Kaldelyng, districtus Derschoviensis, apud Simonem Dalwyn, civem Gdanensem, per Paulum, abbatem monasterii Pelplinensis, literis sub sigillo oppidi Stargardiensis descriptam, ratificat, GL. XIV, 131.

1761. —— *f. 4 ante Ramispalmarum (23 mar.).* C. rex testificatur Sbigneum de Thanczin, succamerarium Cracoviensem et capitaneum Mariemburgensem, Sbigneo archiepiscopo Gnesnensi, tutori Sbignei, Pauli et Joannis, puerorum olim Pauli Jaszyensky, castellani Sandomiriensis et capitanei Mariemburgensis, 710 sexagenas grossorum pruthenicalium in praetorio Thorunensi pro festo Nativitatis Christi solvere, in casu vero non solutionis intromissionem in oppidum Urzandow cum villa Dzyerskowycze, terrae Lublinensis, dare promisisse. XIV, 148.

1762. —— „ —— C. rex Sbigneum, Paulum et Joannem, filios eiusdem Pauli Jassyenski, a iuramento, ratione restitutionis castri Mariemborg, liberos declarat. XIV, 149.

1763. —— *f. 5 post Judica (24 marc.).* C. rex Laurentio Schranek de Notczynk et Baldow, curiensi suo, villam Smolischyno districtus Gdanensis in certa summa obligat. GL. XIV, 132.

1764. —— *f. 5 in vigilia Annuntiationis V. M. (24 mar.).* C. rex Sbigneo de Thanczin, succamerario Cracoviensi, castrum Mariemburgense certis sub conditionibus in tenutam dat. XIV, 132.

1765. —— *f. 6 ante Palmarum (25 mar.).* C. rex divisionem bonorum castri Cruschwycza et oppidorum Cruschwycza, Gambycze, et Kocko cum villis pertinentibus, ab Andrea de Opporow, episcopo Vladislaviensi et regni vicecancellario, derelictorum, inter Andream de Opporow, filium olim Nicolai, castellani Brestensis, et Joannem de Opporow, palatinum Brestensem et capitaneum Junivladislaviensem, confirmat. XIV, 138.

1766. —— „ —— C. rex testificatur Joannem de Opporow, palatinum Brestensem, Andreae de Opporow, nepoti suo germano, 900 fl. hung. pro festo Nativitatis Christi sub vadio 2000 fl. hung. solvere promisisse. XIV, 139.

1767. —— *in vigilia Ramispalmarum (26 mar.).* C. rex emptionem villae Rakowiecz districtus Brathyanensis per Stephanum, episcopum Culmensem, eiusque capitulum apud Annam, relictam Ludowici de Mortang et Nicolai de Dambrowa, Culmensis palatini, eiusque affines ratificat. GL. XIV, 134.

1768. —— *dominica Palmarum (27 mar.).* C. rex testificatur Joannem seniorem de Domaborz, capitaneum Naklensem, Petronellae, filiae Joannis de Opporow, palatini Brestensis et capitanei Junivladislaviensis, uxori suae, 4000 fl. hung. dotis et dotalitii super medietate bonorum suorum inscripsisse. r. XIV, 140.

1769. —— *f. 2 post Ramispalmarum (28 mar.).* C. rex testificatur Joannem de Thoporzyschowo villam suam Grabyanow, districtus Brestensis Cuiaviae, Andreae Dolubyowsky, fratri suo patrueli, pro 200 marc. vendidisse. GL. XIV, 136.

1770. —— *mense martio.* Datus est consensus super capellam in Plowcze [illegible] Vladislaviensis hon. Stanislao de Antiqua Nyeschawa post mortem hon. [illegible] possessoris. n. XIV, 132.

1771. *Thorun, mense martio.* Datus est consensus Alberto Gorski, curiensi regio, villam Dambrowka Matthiae Gosczyeewski vendere pro summa, in qua illam Gorski habuit obligatam. n. XIV. 134.

1772. —— „ —— Data est litera Matthiae Sluzewski, castellano Brestensi, quia nob. Vladislaus a Sluzew ab eo satisfactus est, pro 500 fl., qui super villa Vągyercze inscripti sunt. n. XIV, 141.

1773. —— *f. 4 infra octavas Paschae (6 apr.).* C. rex significat Andream de Opporow Annae, filiae Vincentii de Skampe, succamerarii et capitanei Dobrinensis, consorti suae, 4000 fl. hung. dotis et dotalitii super bonis suis inscripsisse. GL. XIV, 137.

1774. —— *f. 5 infra octavas Paschae (7 apr.).* C. rex locum dictum Wyeczvnia, Bartholdo Meldynsky, iudici Culmensi, prius donatum, certior factus dictum lacum villam Trczyana pertinere, Gothardo de Radlin, capitaneo Rogosnesi, in certa summa confert. XIV, 136, 143.

1775. —— „ —— C. rex testificatur Matthiam de Sluzew, castellanum Brestensem, Vladislao, germano suo, 400 fl. hung. debiti super laneis et censibus cmethonum in villa regali Slonsko inscripsisse, XIV, 140.

1776. —— *f. 6 infra octavas Paschae (8 apr.).* C. rex Nicolao de Payzewo (!), palatino Mariemburgensi, 100 fl. debiti super villa Fredrichstoph districtus Szemiensis inscribit. GL. XIV, 138.

1777. —— „ —— C. rex significat Albertum de Tholibowo Dorotheae de Maiori Ludbrancz, consorti suae, 200 marc. dotis et dotalitii super medietate bonorum suorum inscripsisse. XIV, 141.

1778. —— *dominica Conductus Paschae (10 apr.).* C. rex, ad petitiones Alberti, Andreae et Joannis, fratrum germanorum de Tholubow, literas Casimiri, ducis Stethinensis, in Bobrownyki die Adalberti (23 apr.) anno 1371 datas super donatione villae Tholubow nob. Stanislao de Nova Civitate Corczin, confirmat. GL. XIV, 142.

1779. —— *f. 4 post dominicam Conductus Paschae (13 apr.).* C. rex inter Sandivogium de Czarnkow, castellanum Santocensem, tenutarium in Cleczko, et oppidanos de ibidem, concordiam ratione redditnum instituit. GL. XIV, 144.

1780. —— *sabbato post dominicam Conductus Paschae (16 apr.).* C. rex oppido Myedzyrzecz districtus Posnaniensis certa iura et ius theutonicum donat. GL. XIV, 144.

1781. *Lancicia, mense aprili.* Datus est consensus hon. Andreae de Sucha super praebendam in castro Siradiensi per liberam resignationem hon. Stanislai Lithwoss. n. XIV, 144.

1782. *Cracovia, f. 2 in crastino Sophiae (16 mai).* C. rex incolis civitatis Szadek libertatem a solutione medietatis theloneorum et foralium in regno et plenam libertatem a solutione eorundem in terra Siradiensi admittit. XIV, 327.

1783. —— *f. 4 infra octavas Pentecostes (25 mai).* C. rex oppidanis in Scrzin, ob calamitatem ignis, libertatem ad 10 annos a solutione contributionum, necnon stationis, podvodarum et expeditionis bellicae dat. r. XIV, 148.

1784. —— *f. 6 ante Trinitatis (27 mai).* C. rex testificatur Barbaram, filiam olim Joannis de Cobylany, dapiferi Cracoviensis, consortem Stanislai Curopathwa de Laczuchow, ab Hieronimo, Joanne et Jacobo, fratribus suis germanis, ratione partis bonorum haereditariorum satisfactam esse. GL. XIV, 150.

1785. —— „ —— C. rex significat Stanislaum Curopathwa de Laczuchow Barbarae de Cobylany, uxori suae, 4600 fl. hung. dotis et dotalitii in medietate bonorum suorum inscripsisse. GL. XIV, 150.

1786. —— „ —— C. rex testificatur Hieronimum, Joannem et Jacobum de Cobylany Stanislao Curopathwa de Laczuchow ratione dotis sororis suae Barbarae 2300 fl. certis ratis solvere, in casu vero non solutionis intromissionem in bona regalia Thicadlow, Zborow, Grodziska, Tlokynya, Bliszanow et Vithowicze seu Vithow, districtus Calissiensis, dare se obligasse. XIV, 151, 193.

1787. —— *f. 2 in crastino Trinitatis (30 mai).* C. rex Joanni de Jagelnycza, vexillifero Podoliensi, 60 marc. super villa Kolyndzyna districtus Skalensis, terrae Podoliensis, supra fluvium Szarnek, inscribit. r. XIV, 148.

1788. —— *f. 2 infra octavas Corporis Christi (6 iun.).* C. rex monasterium sanctimonialium s. Agnetis in Stradomia a censu terrestri 24 grossorum de area, in postico cuiusdam civis Junak dicti iacente, et de domo apud quendam Marczinek empta absolvit. XIV, 152.

1789. —— *f. 6 ante Viti (10 iun.).* C. rex Joanni de Thanczyn, castellano Wiszliczensi, ratione servitiorum, contributionem 2 grossorum terrae Lublinensis per 2 annos inscribit. XIV, 154.

1790. —— *f. 4 Viti (15 iun.).* C. rex, uti debitor principalis, et infra nominati officiales regni, uti fideiussores, significant se Joanni de Byrkow 800 fl. hung. et 90 marc. pol. de-

biti pro festo s. Michaëlis (29 sep. anni 1486 solvere, in casu vero non solut sionem in villas Zalass et Philipowicze Andreae de Thanczin, castellani Woyni wicze et Polukarczicze, Sbignei de Thanczin, succamerarii Cracoviensis, Cozubow N czin, gladiferi Cracoviensis, et Radzimicze Joannis Laszoczsky, scholastici Gn obligasse. GL. XIV, 154, 159.

1791. *Cracovia f. 5 post Viti (16 iun.).* C. rex significat Jacobum, Nicola Wyelyebnowsczy, fratres germanos, nomine suo et sororum suarum Annae, Elisa rethae, Martae et Catharinae, advocatiam in oppido Zarnow Joanni Stankonis, ca riensi et physico regio, pro 250 marcis vendidisse. XIV, 412.

1792. —— „ —— C. rex donationem quandam approbat (initium deest).

1793. —— „ —— C. rex testificatur Sbigneum de Thanczyn, succame viensem et capitaneum Mariemburgensem, recognovisse, quia cum consensu Dob zwanky, palatini Lublinensis, tutoris et patrui germani puerorum Joannis de Curoz na de Tharnow, matre puerorum, et in rem eorum 515 marc. fideiussisset. XIV, 15

1794. —— „ —— C. rex fideiussoribus suis, supra (№ 1790) nominatis, solutionis summarum Joanni de Byrkow debitarum intromissionem in bona sua l villis dare promittit. GL. XIV, 162.

1795. —— *f. 6 post Viti (17 iun.).* C. rex significat Jacobum de Dar num et capitaneum Cracoviensem, cum Nicolao de Curozwanky, castellano Sir debiti 1000 fl. hung. et civitatis Byecz certum contractum iniisse. GL. XIV, 155.

1796. *Leopolis, f. 4 post Petri ad vincula (3 aug.).* C. rex ratificat divisi Sophiae, uxoris Joannis de Opporow, palatini Brestensis, et Catharinae, uxoris Jo leczsky de Skampe, castellani et capitanei Dobrinensis, filiarum olim Dobeslai castellani Praemisliensis, vigore cuius oppidum Glynany cum fortalitio et villis Polthew, Crzywycze, Slowietha, Zadworze, Polonicze, Janow, Zamosczie et n Culykow, districtus Leopoliensis, ad Catharinam, bona vero Mirzwicza, Mokro myechi, Blysczywody, Tarhowyscze, Strzygy et altera medietas oppidi Culyk pertinere debent. XIV, 165.

1797. —— *sabbato ante Laurentii (6 aug.).* C. rex significat Sigismu de Pomorzany, capitaneum Trebovliensem, Benedicto alias Byenyasch, civi Leopol cas, 2 lapides piperis, 3 talenta croci et 26 boves debitum esse, idque exceptis theloneo Trebovliensi, a rege sibi obligato, ad 3 annos certis sub conditionib GL. XIV, 166.

1798. —— *f. 2 ante Laurentii (8 aug.).* C. rex, audita sententia con rum, controversiam inter Hedvigim, relictam Bartholomaei de Hrubyanow, advocat et Margaretham de Nabroże, consortem Nicolai Zothowsky, eo modo disiudicat, q low circa advocatiam in Hrodlo manere debeat. GL. XIV, 168.

1799. *Sine loco, f. 6 post Exaltationis Crucis (16 sep.).* Datus est s Laurentio Cosmider cum 20 equis et totidem hominibus ad festum Purificationis r. XIV, 168.

1800. *In campo circa oppidum Colomya, dominica ante Mathaei (18 sep* cobo de Dambno, castellano et capitaneo Cracoviensi, 1450 fl. hung. super ca Siradia, Schadek et Vartha cum villis inscribit (deletum). XIV, 168.

1801. *Snyathyn, die Michaëlis (29 sep.).* C. rex Felici de Panyow 1000 castro et oppido Zydaczow et oppido Dolina cum villis inscribit. r. XIV, 162.

1802. —— „ —— C. rex eidem Felici de Panyow 1000 fl. hung. mut Circumcisionis Domini proximo (1 ian. 1486) reddere promittit. r. XIV, 162.

1803. —— „ —— C. rex significat Joannem Fredro de Pleschowycze larum Schmankowicze et Sffankowcze, districtus Skalnensis terrae Podoliae, sibi natas, Michaëli, Stanislao et Joanni de Buczacz, filiis olim Davidis, palatini Po marc. et 2 equis valoris 50 marc. vendidisse. GL. XIV, 169.

1804. *In conventione Pyotrkoviensi, sabbato post Conceptionis V. M. (10* commutationem villae Borkow, districtus Visliciensisis, ad ecclessiam cathedralen pertinentis, per Petrum Wspinik praepositum et Joannem de Lathoschin canonic ses, pro villa Swyanthnyki, sororum Annae nob. Strzezek et Dorotheae Bartholo ski coniugum, confirmat. XIV, 163.

1805. —— „ —— Data est oppido Bochna libertas per 10 annos ab or bus et podvodis. n. XIV, 163.

1806. —— *die Luciae (13 dec.).* C. rex in villa Uchanye Pauli de J stellani Sandomiriensis et capitanei Mariemburgensis, haereditaria oppidum iure locare permittit, ibique forum annuale pro festis Adalberti (23 apr.) et Laurentii (rum septimanale qualibet feria quarta instituit. GL. XIV, 120.

1807. *In conventione Piotrcoviensi, die Luciae (13 dec.).* C. rex, controversia inter carnifices oppidi Radzyeyow et incolas villae Dobra orta, decernit, quod carnifices in macellis, emethones vero in circulo oppidi cum solutione foralium, carnia vendere facultatem habebunt. XIV, 121.

1808. —— „ —— C. rex Paulo de Jassyenyecz, castellano Sandomiriensi et capitaneo Mariemburgensi, eiusque successoribus villam Ostrowye districtus Chelmensis donat. XIV, 121.

1809. —— *f. 5 Thomae de Aquino (f. Cantuariensis, 29 dec.).* C. rex testificatur Joannem de Pozamycze et Joannem Trzczynski de Crzslaw, fratres amitales, ripam iacentem in Crzslaw, districtus Schadcoviensis, in fluvio Sromothka, currente circa haereditates Kozdin et Strzeszovicze, cum Sbigneo Olesnicki, archiepiscopo Gnesnensi, eiusque capitulo, pro campo prope villam Strzeszovicze et 50 marcis commutasse. XIV, 172.

1810. *Sine loco, sabbato Silvestri (31 dec.).* C. rex 200 fl. hung., ratione laboris piscinarum, Myschkowszky in villa Brzescze districtus Oszwancimensis inscribit. r. XIV, 173.

1811. ..... C. rex oppidum Stobnicza in 1000 marcis Marcissio castellano Polanecensi obligat (finis deest). XI, 413.

1812. ..... Anno proxime praeterito his diebus, videlicet prope festum Viti (15 iun.) ante aut post, Turcarum imperatore terram Valachiae ingrediente, posteaque diebus proximis eadem invasione castrum Byalograd et Kylio in vigilia s. Margarethae (12 iul.) expugnante et recipiente, serenissimus dominus Casimirus, rex Poloniae, ad veniendum in regnum revocatus, huic tempestati Turci consulturus, publicitus feliciterque rediens, ut in maiori regestro signatum est, restibus secundis in vim primarum et tertiis pro ultimis praemissis, pro festo s. Jacobi (25 iul.) diem congrediendi subditis suis polonis, pruthenis, Magistro et Russiae praefixit singulis terris, locis ut infra ad constituendum assignatis, cuius consignationis ordo, restiumque praemissarum in missione consuetudo ad terrarum conventionem, quae videlicet, cum quibus iturae sunt, denique civitates pro missione terrarum avisatae infrascriptis sunt anno Domini 1485. Locus ad constituendum terris assignandus: In *Bobrka* in terra Leopoliensi: terra Cracoviensis cum districtu eodem (3 [1])) ac Sandeczensi (2), Bieczensi (2), Szczyricensi (2), Lelowyensi (2), Proschowyensi (2), Kxanschensi (2), Szarnowiczensi (2); terra Sandomiriensis cum districtu eodem (3) ac Novae Civitatis Corczynensis (3), Radomiensi (3), Opoczensi (3), Chanczinensi (2), Pilznensi (2), Staszicensi alias Podlesye (2), Schidlowyensi (2), Wisliczensi (3); terra Praemisliensis cum districtu eodem (3), ac Drohobiczensi (2), Samborensi (2), Striensi (2); terra Leopoliensis cum districtu eodem (2) ac Grodeczensi (2), Szudaczewyensi (2). In *Bussko* in terra Belzensi: terra Siradiensis cum districtu eodem (3) ac Schadkowyensi (2), Piotrkowyensi (1), Radomskye (1); terra Wyelunensis cum districtu eodem (2) ac Ostrzeschowyensi (1); terra Maioris Poloniae cum districtu eodem, videlicet: Posnaniensi (3) ac Gnesnensi (2), Naklensi (2), Kczinensi (2), Costensi (2), Wschowensi (2); terra Calissiensis (3) cum districtibus: Conynensi (2), Pisdrensi (2); terra Brestensis cum districtu eodem (2) ac Radzeowyensi (1), Bidgostiensi (1), Junivladislawyensi (2); terra Dobrinensis cum eodem districtu (2); terra Lanciciensis cum districtu eodem (2) ac Brzesinensi (1), Orlowyensi (1); terra Gostinensis cum districtu eodem (1); terra Sochaczowyensis cum districtu eodem (2); terra Rawensis cum districtu eodem (3); terra Lukowyensis cum eodem districtu (2); terra Lublinensis cum eodem districtu (3) ac Vrzadowyensi (2); terra Belzensis cum districtu eodem (2) ac Hrodlensi (2); terra Chelmensis cum districtu eodem (2) ac Krassnostawensi (2), Hrubyeschowensi (2); terra Sanoczensis cum districtu eodem (4). In *Trebowla* terrae Cameneczensis: terra Halicziensis cum districtu eodem (2), ac Colomyensi (2), Trebowliensi (2); terra Podolye alias Cameneczensis cum districtu eodem (4). n. XIII, 29.

1813. ..... Tituli capitaneorum burgrabiorumque in absentia capitaneorum locorum ad quos restes sunt mittendae. XIII, 30.

1814. ..... Stationes: Belz, Rubyeschow, Hrodlo, Halycz, Colomyya, Snatyn, Helczydayow, Czyrwony grod, Skala, Kamyenyecz, Bobrka, Leopolis, Grodek, Sczyrzecz, Sokalye, Busko, Glynyany, Vyssnya, Smotrycz, Row, Chmyelnyk, Tlwmacz, Zydaczow, Stryy, Sambor, Sanok, Crosno, Lyeszensko, Mosczisko, Przemysl, Drohobycz, Nyezankowycze, Lubaczow, Radno, Lubomla, Pothylycz, Colaczyn, Grabovyecz, Chelm, Crassnysthaw. Swyerzynyecz, Mogila, Brzessko, Opathowyecz, Bussko, Myechow, Mstow. Skarbymyrz, Cuchow, Pilzno, Solyecz. Koprzywnycza, Opathow, Syecziechow, Suleyow, Wanchoczko, Andrzeyow, Ropczicze, Radomskye, Piotrkow, Suleyow, Land, Trzemeszno, Mogilno, Wangrowyecz, Strzelno, Srzoda, Kazimyrzs, Srzem, Stawischyn. XIII, 32, 39, 40.

1815. ..... Datus est burgrabiatus in castro Cracoviensi Stanislao Pyenyazek post liberam resignationem Felicis de Panyow. n. XIV, 119.

1816. ..... C. rex venditionem villae Calnyredecz, in terra Cuyaviae districtus Brestensis a hon. Nicolao Zyselka de Swyrczyno, notario terrae Brestensis, nob. Felici de Calnyredecz pro 500 fl. hung. confirmat. XIV, 128.

[1]) Numerus restium in quamlibet terram et districtum missarum.

1817. ..... C. rex Nicolao de Dzyalyn, palatino Junivladislaviensi, b Cludba .... cum villis de manibus hon. Annae Glywyczowa de Cracovia exin XIV, 143.

1486.

1818. *Radom, mense ianuario.* C. rex Joanni Struss de Comorowo 100 m Harmaky, tenutae ipsius, super fluvium Row, in terris Podoliae districtus Camene r. XIV, 173.

1819. *Byecz, f. 6 post Purificationis V. M. (3 feb.).* Nicolaus Strasch iudex et Martinus de Conari subiudex Cracovienses testificantur Nicolaum de Bol uxori Gregorii Zakrzewski, 200 marcas super oppido regali Grebow reformasse. X

1820. *Vilnae, f. 2 post Conductum Paschae (3 apr.).* C. rex consulibu 1600 fl. hung., per Joannem episcopum, Jacobum de Dambno, castellanum et ca vienses, Petrum de Curozwanky, thesaurarium regni, et Petrum de Visnicze, cap siensem, pro stipendiariorum solutione receptos ad festum Michaëlis (29 sep.) sol 1800 centenarios plumbi ratione vadii ad vendendum dat. XIV, 174.

1821. —— *f. 6 post Joannis Baptistae (30 iun.).* C. rex in oppid strictus Leopoliensis forum annuale pro festo Aegidii (1 sep.) et septimanale sing bati instituit. XIV, 177.

1822. *Troky, sabbato in crastino Nativitatis V. M. (9 sep.).* C. rex Mart sky, magistro coquinae suae, oppidum Przedborz cum villis de manibus Joann 800 fl. et 90 marc. eximere permittit. GL. XIV, 178.

1823. *In conventione generali Pyotrcoviensi, f. 6 ante Luciae (8 dec.).* Urielem de Gorka, episcopum Posnaniensem, $^1/_4$ partem villae Modrakowo distri sis cum additione 1800 fl. hung. pro villis integris Nidom et Czaple, districtus G Agnete, consorte Jacobi de Dembno, castellani et capitanei Cracoviensis, commut litera data est sub eadem forma et data, solum commutatio $^1/_4$ sortis praedicta 2400 fl. pro villis Tulcze, Rumovo et Voyaczevo. Item aliae duae transversales data supradicta (alteri parti extraditae sunt). XIV, 182.

1824. —— *f. 6 quatuor temporum Luciae (15 dec.).* C. rex institut panni alias folusch et walkmyll intra muros civitatis Stavischensis per Joannem de Grandi, tenutarios Stawischenses, anno 1485 factam, approbat. XIV, 171.

1825. —— *dominica post Luciae (17 dec).* C. rex oppidanos de Thus ctos, ab omnibus exactionibus et laboribus ad 4 annos liberat. XIV, 179.

1826. —— „ —— Datus est consensus Martino de Cobilino ad commuta suam in Lubomla pro praebenda in Dambno cum Laurentio. n. XIV, 179.

1827. —— „ —— C. rex nob. Alberto Borowsky 30 marc. super oppid sata priori litera super 10 marc., inscribit. r. XIV, 179.

1828. —— *f. 4 in vigilia Thomae (20 dec.).* C. rex Jacobo Starzechow terrae Vyelunensis, villam Byenyecz districtus Vyelunensis de manibus Joannis Vic cze eximere permittit. r. XIV, 179.

1829. —— *dominica ante Nativitatis Christi (24 dec.).* C. rex oppi igne exustum ad 10 annos a solutione censuum, exceptis censibus ex agris et dati vit. GL. r. XIV, 179.

1830. —— „ —— Oppido ..... per 10 annos data est libertas a sol censuum, censibus ex agris exceptis. GL. n. XIV, 179.

1831. —— „ —— C. rex in oppido Vangroviecz forum annuale pro domi marum instituit. GL. XIV, 180.

1832. —— *f. 4 (! die) Joannis evangelistae (27 dec.).* C. rex conse Phirszolthowa, villam Cargow, matri suae Barbarae Szwyczarowa, civi Cracoviens de Ostrorog, castellanem Posnaniensem, in 222 fl. hung. obligatam, teneat. XIV, 1

1833. ..... C. rex 1800 fl. hung. propter necessitatem reipublicae ob T litatem per subditos terrarum Russiae apud Spitconem, palatinum Sandomirienser Leopoliensem, et Raphaelem de Jaroslaw, mutuatos super theloneo Sandomiriens deest.) r. XIV, 170.

1834. ..... C. rex oppido Bochnya theloneum a quolibet curru mercatoru per 3 denarios percipere admittit (finis deest). r. XIV, 170.

1835. ..... C. rex testificatur Swyanthoslaum de Ostrow bona sua haere et Tharnowa, districtus Leloviensis, nob. Vyrzbyathae, genero suo, pro 400 marc. ratione dotis Dobrochnae, sororis suae, datis, vendidisse. XIV, 172.

1836. ..... C. rex nob. Nicolao Rawa, cubiculario suo, villam Czelansz districtus Belzensis de manibus relictae et puerorum J. Buczynsky eximere permittit. r. XIV, 178.

1837. ..... Nomina et tituli nonnullorum regum et principum modernorum. XI, 410.

1487.

1838. *In conventu Pyotrcoviensi, dominica in crastino Epiphaniarum* (*7 ian.*). C. rex nob. Nicolao Bsowsky molendinum sub castro Lublinensi in summa, in qua obligatum habebat, inscribit. GL. XIV, 183.

1839. —— *f. 4 infra octavas Epiphaniarum* (*10 ian.*). C. rex Sbigneo, archiepiscopo Gnesnensi, eiusque ecclesiae aream desertam intra muros civitatis Vyelunensis in perpetuum donat. GL. XIV, 181+185.

1840. —— *f. 6 infra octavas Epiphaniae* (*12 ian.*). C. rex Stanislao Curopathwa de Laczuchow, curiensi suo, villam Sthrchoslaw terrae Chelmensis cuilibet alio in eadem summa obligare permittit. GL. XIV, 183.

1841. —— „ —— C. rex Felici de Panyewo, castellano Leopoliensi, 300 fl. hung. super castro Stryg et villis pertinentibus inscribit. XIV, 184.

1842. —— „ —— C. rex eidem Felici de Panyewo 300 fl. hung. super castro Zydaczow inscribit. r. XIV, 184.

1843. —— „ —— C. rex eidem 400 marc. et 50 fl. super castro Czorsztyn et villis pertinentibus, districtus Sandecensis, inscribit. r. XIV, 184.

1844. —— *f. 2 post octavas Epiphaniarum* (*15 ian.*). C. rex consentit, ut Sbigneus archiepiscopus Gnesnensis et Andreas de Olessnycza, castellanus Sandecensis, fratres germani, villam Garbaczowa Volya districtus Sandomiriensis monasterio Sanctae Crucis in Calvo Monte pleno iure donent GL. XIV, 185.

1845. —— „ —— C. rex nob. Joanni Vyelopolsky, advocato in Gromnyk, villa districtus Byecensis, ad monasterium Thynyecz pertinente, pontem super fluvio Byala et in aliis locis, quae vulgariter oblazy nuncupantur, construere et pontale a quolibet curru onerato 3 denarios, ab equo vel bove per unum denarium exigere permittit. XIV, 204.

1846. —— „ —— C. rex in oppido Myloslav, in terris Maioris Poloniae, Alberti Gorski, castellani Landensis et capitanei Wschovensis, forum annuale pro festo Leonardi (6 nov.) instituit. GL. XIV, 209.

1847. —— *f. 6 ante Agnetis* (*19 ian.*). C. rex, ad petitionem eiusdem Alberti Gorski theloneum 6 denariorum ab equo de oppido Jaraczyn, in oppidum Myloslaw, pro primo commutatum, transfert. GL. XIV, 187.

1848. —— *die Agnetis* (*21 ian.*). C. rex, ad petitiones hon. Simonis Cleophae rectoris et altaristarum ecclesiae parrochialis in Wschowa, plebanatum in praeposituram et altaria in praebendas transmutat, iurepatronatus dictae praepositurae pro se et successoribus suis reservato. GL. XIV, 207.

1849. —— *f. 3 ante Conversionis Pauli* (*23 ian.*). C. rex Nicolao Dzialinsky, palatino Junivladislaviensi et capitaneo Brodnicensi, villas quasvis in districtu Brodnicensi quovis iure locare permittit. GL. XIV, 187.

1850. —— „ —— C. rex, ad petitionem Martini abbatis Suleyoviensis, privilegium super theloneo in oppido Skrzin igne consumptum innovat. GL. XIV, 205.

1851. —— *f. 5 Conversionis Pauli* (*25 ian.*). C. rex 3200 fl. hung. pro solutione stipendiariorum contra Turcas apud Jacobum de Dambno, castellanum et capitaneum Cracoviensem, mutuatos, super civitate Siradiensi et oppidis Schadek ac Wartha ei inscribit, stationem 2 dierum pro se reservando. XIV, 188.

1852. —— „ —— Data est libertas 2 annorum ultra priorem libertatem concessa superioribus annis oppidanis in Dambrowicza, tenutae Jacobi de Dambno, castellani Cracoviensis, post ignis conflagrationem, in forma cancellariae solita. GL. n. XIV, 189.

1853. —— „ —— C. rex significat se 3200 fl. hung. Jacobo de Dambno, castellano Cracoviensi, in praetorio Cracoviensi solvere, in contrario vero casu intromissionem in Sieradz, Schadek et Wartha non ei, sed Alberto de Dobrzelyn, castellano Brzezinensi et capitaneo Siradiensi, ad festum Circumcisionis Dni (1 ian. 1488), solutis dicto Jacobo de Dambno tantum 150 marcis, dare debere. XIV, 189.

1854. —— *f. 6 post Conversionis Pauli* (*26 ian.*). C. rex testificatur Casparum Lesczynsky, succamerarium Calissiensem, 1000 fl. hung. dotis et dotalitii Sophiae, uxori suae, super villis Droszkowo, Pyegszyn et Wolykowo, districtus Costensis, inscripsisse. XIV, 190.

1855. —— *sabbato post conversionis Pauli* (*27 ian.*). C. rex Valentino de Bochnya, altaristae altaris S. Crucis in ecclesia parrochiali Bochnensi, duo opera montana alias dzyala, in

montibus Bochnensibus consistentia. de manibus provv. Mazaneck et Franeck stolnykorum pro certa summa eximere admittit. GL. XIV, 191.

1856. *Sandomiria, f. 4 in vigilia Petri ad cathedram (21 feb.).* C. rex testificatur Joannem Crziszanowsky, venatorem Sandomiriensem, a Floriano de Paczanow, avunculo suo, pro bonis post avum et matrem satisfactum esse. GL. XIV, 190.

1857. *In conventione Novae Civitatis Corczin, dominica Reminiscere (11 mar.).* C. rex Zavischae de Woynarow locum sive alveum in villa regali Rzepyelnyk districtus Beczensis pro piscina erigenda donat. GL. XIV, 198.

1858. —— *f. 4 ante Oculi (14 mar.).* C. rex Petro de Dambrowka, praeposito Sandomiriensi, 1300 fl. hung. in tribus annis reddere promittit, 60 marc. ei donat, ipsumque in protectionem suam suscipit. XIV, 192.

1859. —— *medio martio.* C. rex cessionem advocatiae in villa regali Labunki districtus Crasnosthaviensis per olim Stanislaum Womtropka de Strzelcze, palatinum Belzensem, servitori nob. Martino de ..... (deest) approbat. XIV, 196.

1860. —— „ —— C. rex Joanni Thurzi, consuli Cracoviensi, et Kiliano Stand de Noremberga privilegium super deductionem aquae in plumbifodinis Ilkuschensibus et in aliis quibuscunque mineris montanis proprio sumptu et novis modis, certis sub conditionibus, extradit. GL. XIV, 194.

1861. *In conventione Clodaviensi, sabbato post Annuntiationis V. M. alias post Laetare (31 mar.).* C. rex, in causa inter Petrum episcopum Vladislaviensem et Matthiam de Bnyn, palatinum Posnaniensem, ex una, et Jaroslaum de Laszko, ex altera parte, ratione Zusannae, episcopi et palatini neptis ex sorore germana, olim Nicolai de Roszoszicza, tenutarii in Thuszyn, relictae, nunc vero Jaroslai consortis, quam praenominati episcopus et palatinus ab ipso Jaroslao raptum et ad matrimonium secum contrahendum compulsam esse querebantur, auditis pluribus testibus, decernit dictam Zusannam Jaroslao legitime nuptam et adiudicandam episcopo vero et palatino super repetitione eius perpetuum silentium imponendum esse. GL. XIV, 198.

1862. —— *subbato ante Judica (31 mar.).* C. rex testificatur Swanthoslaum de Ostrow, Annae, consorti suae, 1000 marc. dotis et dotalitii super villis Ostrow districtus Siradiensis et Trzevotha districtus Lanciciensis inscripsisse. GL. XIV, 196.

1863. *dominica Judica (1 apr.)* C. rex testificatur Philippum de Panthnow Annae, filiae olim Waczymowsky 1200 fl. hung. dotis et dotalitii super villa Panthnow districtus Koninensis et medietate villae Rybye districtus Gostinensis inscripsisse. GL. r. XIV, 198.

1864 —— *f. 3 post Judica (3 apr.).* C. rex inter Mathiam de Bnyn, palatinum Posnaniensem, et Jaroslaum de Lassko cum uxore Zusanna, pro conservanda pace vadium 2000 marc. interponit. GL. XIV, 200.

1865. —— *sine data.* Data est litera regalis Petro Opalyensky super iudicatum Posnaniensem, post mortem Andreae Skora de Gay vacantem. n. XIV, 207.

1866. *Cracovia, dominica Conductus Paschae (22 apr.).* C. rex bona haereditaria Nicolai Borzimowsky, vexilliferi Brzestensis: partem Maioris Choczin, partem Minoris Choczin, Jarolthovicz, Lganow et Lanki, districtus Brzestensis, de iure polonico in ius maydeburgense transfert. GL. XIV, 200.

1867. —— „ —— C. rex Petro Mischkowsky, castellano Oswiecimensi, 700 fl. debiti pro festo Assumptionis V. M. (15 aug.) reddere seu in crastino eiusdem festi intromissionem in villam Rakowicze prope Cracoviam dare promittit. GL. XIV, 202.

1868. —— *f. 4 Marci (25 apr.).* C. rex Agneti de Bnyn, uxori Jacobi de Dambno, castellani et capitanei Cracoviensis, villas Dzerzenyny et Borowa, districtus Sandecensis, de manibus Nicolai Cowalewsky, nepotis Nicolai Koczanowsky, eximere permittit. GL. XIV, 202.

1869. —— *f. 5 in crastino Marci (26 apr.).* C. rex Matthiae de Bnyn, palatino Posnaniensi, villas Podanyno et Calawa cum molendino Vyrzbnyk, ad oppidum Vsczye tenutae eius pertinentes, Alberto Pothuliczski in 500 fl. hung. obligare permittit. GL. XIV, 203.

1870. —— *f. 4 post Stanislai in maio (9 mai).* C. rex Joanni Coslek et Andreae de Cothlicze novum molendinum in suburbio Visliciensi, super piscina in fluvio Nida, ipsorum sumptibus construere certis sub conditionibus permittit. GL. XIV, 219.

1871. —— „ —— Data est praesentatio super capellam in Malogoscz, vacantem post mortem Nicolai Okulyecz, Andreae Drigala, capellano capellae regalis. n. XIV, 204.

1872. —— *sabbato post Stanislai in maio (12 mai).* Joanni Schamowsky, castellano Conariensi, datum est ius theutonicum super villas ipsius Schamowo et Wargawa, in terra et districtu Lanciciensi sitas. GL. n. XIV, 204.

1873. —— „ —— Jus theutonicum datum est Joanni Ribiczski super villas Ribicze et Prandzewo, in terra et districtu Lanciciensi consistentes. GL. n. XIV, 204.

1874. —— *dominica Rogationum (20 mai).* C. rex inscriptionem oppidi Przeworsko cum suburbio et villis Gorliczina, Gnyewiszina, Trincza et Grodzisko, in terris Russiae, ratione

dotis et dotalitii, Elisabethae, filiae olim Petri de Comow, per maritum eius Raphaelem de Jaroslaw, castellanum et capitaneum Sandomiriensem et marsalcum regni, confirmat. XIV, 206.

1875. *Cracovia, f. 3 Rogationum (22 mai).* C. rex Jacobo de Dambno, castellano et capitaneo Sandomiriensi, 629 fl. hung. et 10 gr. debiti et 120 fl. hung. cum $5^1/_2$ gr., creditoribus suis solutos, pro festo Petri et Pauli (29 iun.) reddere promittit. XIV, 207.

1876. —— *in vigilia Ascensionis Dni (23 mai).* Oppidanis Kasimiriae, qui ignis conflagratione multa damna passi sunt, data est libertas 6 annorum ab omnibus contributionibus tam regalibus, quam civilibus. n. XIV, 207.

1877. —— *f. 6 Urbani (25 mai).* Data est libertas a solutione decimae lignariae magistris et studentibus de bursa Ungarorum per 5 annos. n. XIV, 207.

1878. —— „ —— C. rex significat inter Jeronimum, Joannem et Jacobum, fratres germanos de Cobilany, divisionem bonorum haereditariorum et regalium, eis inscriptorum, factam esse eo modo: Jeronimus habere debet bona haereditaria: villas Cobilani, Droganow, Sulistrowa, Makowiska, Glasse, Lesczyny, suburbium oppidi Dukla, districtus Byecensis, et villam advitalitialem Lanki, post mortem matris suae Agnetis, consortis Jacobi de Dambno, castellani et capitanei Cracoviensis, bona vero regalia: Sanoczek, binum Stróże, Grwsthowka, Rogy, Lywbyathova, Meyscze, districtus Sanocensis, Lanszany, Zalanze, Gorzicze, Markuschka, districtus Byecensis; Joannes et Jacobus possidere debent bona haereditaria: castrum Mirow cum villis Mirow, Kothovicze Minor et Maior, Jaworniky, Lesasnyow, Przibynowo, Zambrze, Thorun, Mrozow, Wlthovyecz, Moczidla, Posthawczowicze, Lgotha, Mszwkow, districtus Leloviensis, oppidum Dzaloszyn, villas Trambaczow, Naczieszin, Niviska, Sczithi, Rabyelicze, Parzimiehi, Lypye, Denkow, Jaworzno, Schiszkow, districtus Vyelunensis, Prussisko, terrae Siradiensis, regalia vero: Thlokynya, Blyzanow, Sborow, Grodzisko, Tikadlow, Vithow, districtus Calischiensis, Janowicze, Wronowicze, Maczska Vola, districtus Szadkoviensis, ac etiam villas haereditarias Biskvpicze et Zlotha, et regales Jadowniky, Marzkinycze, Dzerzenyny et Borow, et omnes summas pecuniarias, quae post mortem matris ad eos devolvere possint. GL. XIV, 208.

1879. —— *f. 2 infra octavas Ascensionis Dni (28 mai).* C. rex et fideiussores eius 3000 fl hung. debiti Joanni Ossolinsky pro festo Trinitatis (1 iun. 1488) reddere promittunt, in casu vero non solutionis intromissionem ei dare: rex in bona Crasznystaw cum villis pertinentibus, Petrus de Curozwanky, thesaurarius regni, in villas Zalezno, Rossky, Syetnyow. Petrus Kmytha, capitaneus Scepusiensis—in Wyszsnycze, Maior Cobyle, Rogozne, Swyszsnycze, Minor Lomna, Alexandrowa, Borowna, Polomya, Grodczicze, Andreas Rosza de Borzyschowycze, praepositus Lanciciensis, in bona Borzyschowycze, Volya, Klyschow, Przedslawka, in terris Cracoviensi et Sandomiriensi, debent. GL. XIV, 210.

1880. —— *dominica ante Viti (10 iun.).* C. rex Georgium de Baby cum posteris nobilitat armaque Godzamba donat. GL. XIV, 213.

1881. —— *f. 3 post Trinitatis (12 iun.).* C. rex Laurentio Cosmider Grusczinski villam Rayskowo, districtus Calischiensis Nicolao Creza de Zawada obligare permittit. GL. XIV, 214.

1882. —— *f. 6 Viti (15 iun.).* C. rex Sbigneo Wlodzyslawsky, tenutario castri Oczyecz, 100 fl. hung. super eodem castro inscribit pro 2 equis, quos Andreae de Thanczyn, castellano Woyniczensi, cum principe Joanne Alberto, filio regio, in expeditionem contra Turcas proficiscenti, donavit. GL. XIV, 215.

1883. —— „ —— Per manus Gregorii de Ludbrancz vicecancellarii datum est annuale et septimanale forum super oppidum Camyonka. n. XIV, 216.

1884. —— „ —— C. rex, ad petitionem Gregorii de Ludbrancz, praepositi Scarbimiriensis et vicecancellarii regni, in oppido Skarbimierz forum annulae pro festo OO. SS. (1 nov.) instituit. GL. XIV, 216.

1885. —— *f. 6 infra octavas Corporis Christi (15 iun.).* C. rex Joanni et Nicolao germanis da Jankowycze 100 fl. hung. et 50 marc. pol. super villis Ostrowsko et Dambno, districtus Sandecensis, inscribit. GL. XIV, 216.

1886. —— „ —— C. rex et fideiussores sui Petrus Kmytha de Wysznycze, capitaneus Scepusiensis, et Andreas Rosza de Borzyschovycze, praepositus Lanciciensis, 400 fl. hung. debiti Joanni et Nicolao germanis de Jankovycze vel eorum depositariis Joanni Thurzy et Casparo Bar, civibus Cracoviensibus, Cracoviae pro festo Petri et Pauli (29 iun. 1488) reddere promittunt. GL. XIV, 217.

1887. —— *f. 2 in crastino Kiliani (9 iul.).* Datus est consensus nob. Joanni Buczinsky vendere et obligare sua bona haereditaria Dobyeslawycze, in terra Cracoviensi et districtu Proschoviensi sita, personis quibuscunque ecclesiasticis titulo reemptionis in 8 annos pro summa 500 fl. pol. GL. n. XIV, 221.

1888. —— *f. 6 Margarethae (13 iul.).* C. rex sententiam seu decretum Joannis de Thanczin, castellani et capitanei Cracoviensis, specialiter ad hoc a rege Vladislao II deputati,

Cracoviae f. 6 ante Stanislai in maio (4 mai) anno 1403 latum, ratione controversiarum inter conventum in Czirzicz et emethones de Krzyskouicze ratificat. GL. XIV, 221.

1889. *Cracovia, f. 6 Margarethae (13 iul.).* C. rex Joanni episcopo Cracoviensi 1400 fl. hung. debiti in villis Jyelonky et Troyanowicze, districtus Cracoviensis, inscribit. GL. XIV, 223.

1890. —— *sabbato in crastino Exaltationis Crucis (15 sep.).* C. rex, debitum 2000 fl. hung., veste ex athlassio et margarethis reginae Elisabethae, in pignus datis, ex zuppis Cracoviensibus recipiendum consulibus Cracoviensibus ad decursum 4 annorum assignat. XIV, 224.

1891. —— „ —— Elisabeth, regina Poloniae, inscriptionem 2000 fl. hung. in zuppis Cracoviensibus consulibus de ibidem ratam se habere declarat. XIV, 225.

1892. —— *f. 6 in crastino (! vigilia) Michaëlis (28 sep.).* C. rex donationem trium camerarum seu operum in montibus salis Vyeliczensibus, a Hedvigi Jordanowa emptarum, per Joannem de Slupcza, professorem theologiae et canonicum Cracoviensem, hospitali S. Hedvigis in Stradomya approbat. GL. XIV, 228.

1893. —— *sabbato Michaëlis (29 sep.)* C. rex testificatur Jacobum de Dambno, castellanum et capitaneum Cracoviensem, Agneti consorti suae 3200 fl. hung. dotis et dotalitii in bonis regalibus Jadowniki et Marszkinicze et 7000 fl. hung. in bonis haereditariis Biskupicze et Zlotha inscripsisse. GL. XIV, 229.

1894. —— *f. 4 post Michaëlis (3 oct.).* C. rex Bernhardo Sythko de Kazymyrz, ministeriali Cracoviensi, sex actualia cervisiae de Proschovicze singulis septimanis ducere et propinare ad tempora vitae admittit. GL. XIV, 226.

1895. —— *f. 5 Francisci (4 oct.).* C. rex Petro Sepni, praebendario in nova capella cathedrae Cracoviensis, cameram sive opus in montibus Vyeliczensibus de manibus nob. Nicolai de Myechow pro 60 marc. emere et pro lampade in sepulchro s. Stanislai in ecclesia cathedrali Cracoviensi convertere permittit. XIV, 226.

1896. —— „ —— Datus est consensus Andreae Milanowski ad eximendum villam Dambicza et medietatem villae Tartharicze in terra Lublinensi de manibus Joannis Zawischicz. n. XIV, 226.

1897. —— *f. 6 post Francisci (5 oct.).* C. rex custodiam piscinarum Cracoviensium Petro Salomoni, consuli Cracoviensi, ad 7 annos pro 150 marc. pol. per annum arrendat. XIV, 227.

1898. .... Data est gratia expectativa Martino Bronyewski, capitaneo Lubacoviensi, super officium, quodcunque in zuppis Bochnensibus aut Vieliciensibus vacaverit, officio carbariatus excepto. n. XIV, 188.

1899. .... Datus est consensus Alberto Kyelbasa redimendi bona regalia Vynary in districtu Vyelunensi de manibus nob. Margarethae ..... (deest). n. XIV, 188.

1900. ..... C. rex Joanni episcopo Cracoviensi 3620 fl. hung. debiti super exactionibus Cracoviensibus assecurat. r. XIV, 223.

1488.

1901. *Troki, f. 4 Cinerum (20 feb.).* C. rex, uti debitor principalis, et Nicolaus, Joannes, Petrus et Paulus Myskowsczy de Przeticzow, Joannes Schaschowski et Nicolaus Porubski, iudices terrae Oszwyanczimiensis, fideiussores sui, certam summam debiti Joanni duci Zathoriensi ad festum Joannis Baptistae solvere promittunt. GL. XIV, 229.

1902. *In conventione Pyotrkoviensi, f. 5 post Conductum Paschae (17 apr.).* C. rex significat Barbaram de Bnin, relictam olim Joannis Campyensky de Baranow, de consilio Matthiae de Bnyn, palatini Posnaniensis, et Petri, episcopi Vladislaviensis, germanorum suorum, dotalitium suum 1000 marc., quod in bonis Baranow ac villis Cranskowo et Myrkowo a marito inscriptum habuisset, Sophiae de Calinowa, consorti Thomae Campyensky resignasse. GL. XIV, 230.

1903. —— *f. 6 post Conductum Paschae (18 apr.).* C. rex Jacobo de Dambno, castellano et capitaneo Cracoviensi, villas Lesczіny et Krolewka de manibus nobb. Zegothae et Petri, tenutariorum castri Rither, ac villam Czichawka de manibus nob. Marschewski eximere permittit. GL. XIV, 230.

1904. —— *die Georgii (23 apr.).* C. rex, uti debitor principalis et fideiussores sui: Andreas, castellanus Woyniczensis, Miklasch de Tęczyn, germani, Petrus Myszkowsky de Przeczicz, castellanus Oswyancimensis, Joannes de Brzeze, tenutarius in Lanczkoruna, Nicolaus et Joannes Ssassowski, Joannes Ligaza, Nicolaus, Joannes, Paulus germani de Przeticzow et Nicolaus Porubsky, 2000 fl. hung. Casimiro, duci Osswyanczimensi et Zathoriensi, coniugi eius Machnae, ducissae Opaviensi et Ratiboriensi, et Janusio, duci Opaviensi et Ratiboriensi, ad festum Joannis Baptistae proximum reddere se obligant. GL. b. XIV, 232.

1905. —— *dominica ante Philippi et Jacobi (27 apr.).* C. rex ad petitionem Zebrzid Herboth de Ffelsten in oppido eius Felsten forum annuale pro festo Pentecosten et fora septimanalia singulis feriis tertiis celebranda instituit. XIV, 233.

1906. *In conventione Pyotrkoviensi, die Philippi et Jacobi (1 mai).* Datus est consensus Joanni Comorowsky obligandi bona regalia Barwald cum villis, quibuscunque personis, solum subditis regni Poloniae. n. XIV, 233.

1907. —— „ —— Joanni Comorowsky datae sunt literae reformationis pro uxore sua Sophia, filia Stephani Gracz, super medietatae omnium bonorum, 3000 fl. ratione dotis et 3000 fl. ratione dotalitii. n. XIV, 234.

1908. —— „ —— C. rex fideiussores suos summae 2000 fl. hung. Casimiro, duci Oswyancimensi, solvendae (vide supra Nr. 1904) evincere et eliberare promittit. GL. XIV, 236.

1909. —— *f. 6 in vigilia Inventionis Crucis (2 mai).* C. rex Martino de Choczymow, magistro coquinae suae, 800 fl. hung. et 90 marc., pro quibus oppidum Przedborz de manibus Joannis Byrkowsky in rem Regiae Mtis redemerat, super eodem oppido inscribit. XIV, 248.

1910. —— *dominica Floriani (4 mai).* C. rex testificatur Margaretham, filiam Thomae de Walewicze, vexilliferi Sochaczoviensis, Nicolao de Rankoray, marito suo, qui sibi 2000 fl. in villis Rankoray et Sziroslaw, districtus Petricoviensis, et in medietate advocatiae Pyotrkoviensis inscripsisset, duas villas haereditarias Maiorem Zaluskow et Wschelyny, districtus Gambinensis, donasse. GL. XIV, 234.

1911. —— „ —— C. rex testificatur Nicolaum de Rankoray Margarethae consorti suae 400 fl. dotis et 2000 fl. dotalitii in medietate bonorum suorum, ut supra, inscripsisse. GL. XIV, 234.

1912. —— *f. 2 Gothardi (5 mai).* C. rex controversiam inter oppidanos Costenses et Wschovenses ratione solutionis pontalium eo modo disiudicat, quod oppidani Costenses Wschovam et viceversa Wschovenses in Costan, mercatum euntes, pontalia solvere non debeant, alii vero mercatores, in dicta oppida advenientes, hoc theloneum solvere adstricti sint. GL. XIV, 236.

1913. —— *f. 2 ante Stanislai in maio (5 mai).* C. rex Joanni Caczor de Parzssklyn tertiam mensuram in molendino regio braseali in Przedborz, super fluvio Pylcza, in ripa terrae Siradiensis sito, Martino Choczymowsky, magistro coquinae regiae, tenutario in Przedborz, pro 100 marc. pol., pro schuba de damasco, marduribus subducta, valoris 30 fl. et pro equo valoris 20 fl. hung. vendere permittit. XIV, 247.

1914. —— *8 maii.* C. rex archiepiscopis, episcopis, praelatis et omnibus ecclesiasticis viris in terris Prussiae, Saxoniae, Livoniae et in ducatu Stolpensi mandat, ut commissarium generalem vel executorem iubilaei, ad colligendam pecuniam a sede apostolica pro defensione fidei christianae a Turcis et Tartaris in dominiis regni Poloniae, regno Bohemiae, terrisque Livoniae et per totam Germaniam per triennium concessi, consilio et auxilio iuvent. XV, 65.

1915. —— *sabbato ante dominicam Rogationum (10 mai).* C. rex significat Sandivogium de Czarnkow, castellanum Gnesnensem, Petro Dzalinsky, castellano Slunensi, marito filiae suae Annae, 1300 fl. hung. ratione dotis in theloneo aquatico circa Novam Nyeschowam assecurasse. GL. XIV, 237.

1916. —— „ —— C. rex testificatur Petrum Dzyalinsky de Volya, castellanum Slunensem, 3600 fl. hung. dotis et dotalitii Annae, filiae Sandivogii Czarnkowski, uxori suae, super villis Vola et Zambowicze, districtus Lypnensis, Boguczyno, districtus Dobrzinensis, et in medietate aliorum bonorum suorum inscripssisse. GL. XIV, 238.

1917. —— *dominica Rogationum (11 mai).* Dnus palatinus Lanciciensis reformavit coniugi suae dominae Barbarae 400 marc. ratione dotis et alias 400 ratione dotalitii in medietate oppidi Cuthno cum foralibus, theloneo, molendinis aquaticis et equestribus etc. in villis integris Minori Golambyewo et Ricowo et super duobus praediis Cusyewisna te Mroczkovizna. n. XIV, 236.

1918. —— „ —— Dno palatino Junivladislaviensi datus est consensus obligandi villam regalem Osmolska Volya in terra Gostinensi Mathiae de Swaroczino. n. XIV, 236.

1919. —— „ —— Eidem dno palatino Junivladislaviensi inscripsit Regia Mtas 200 fl. hung. super castro et bonis Brodniczensibus pro molendino Lusinsky, quod ipse palatinus ad castrum Brodnicza perpetuo emit pro 200 fl. n. XIV, 236.

1920. —— *f. 3 ante Ascensionis Dni (13 mai).* C. rex consentit, ut Joannes Mirzanowski villam regalem Vilkolawska Volya, districtus Urzadoviensis, Margarethae, consorti suae, ratione dotis et dotalitii obliget. GL. XIV, 238.

1921. —— *f. 4 in vigilia Ascensionis Dni (14 mai).* C. rex cum Nicolao de Brudzew, palatino Siradiensi et capitaneo Brzestensi, ac filio eius Joanne Garando, ratione bonorum Brzestensium talem contractum facit, quod Nicolaus ad tempora vitae tenere debet: castrum et oppidum Brzescze cum suburbio et villis Lekarzovicze, Mnychovicze, Clobya, Schokolovo, Pustavola, Crossino, Phalibosz cum praediis Phaliboszek et Staremyasto, oppidum Radzeyow cum piscaturis in lacu Goplo, suburbio et villis Staryradzeyow, Byeganowo, Bodzanowa, Czolewo et Ostrow ac praedia Prochnowo, Skothnyky et campum Cluczwa, et de his omnibus bonis 100

marc. quotannis thesauro regni solvere obligatus erit; villas Mischevicze et Bronyewo, districtus Junivladislaviensis, etiam ad mortem suam tenere debet; oppidum tandem Kowalye cum suburbio et villis Pelczicze, Rachuthow, Lagyewniky, Duninowo, Szredugy ipse palatinus cum filio ad exsolutionem eis per regem 2500 fl. hung. tenere debent. GL. XIV, 239.

1922. *Petricovia, f. 4 in vigilia Ascensionis Dni (14 mai)*. Nicolaus de Brudzew, palatinus Siradiensis, ratione suprascripti contractus priores literas ad bona Brzesczye, Cowalye et Radzyeow pertinentes, cassat, exceptis literis super exactione Kovaliensi, quae in robore suo permanere debent. XIV, 241.

1923. —— „ —— C. rex cum Vincencianna, relicta Petri Dunin, palatini Brestensis, talem concordiam init, quod Vincencianna omnes literas super debitis regiis cassat, Regia Mtas autem illi 300 vasa salis pro his debitis in Ricziwol in duabus ratis recipienda donat, adiecta conditione, quod Vincencianna sal praefatum in terra Dobrzinensi vel in aliis locis, ubi sale ruthenico uti licet, vendere facultatem habebit. GL. XIV, 241.

1924. —— „ —— C. rex Creslao de Curozwanky, regni cancellario, domum seu aream, in castro Cracoviensi sitam, incipiendo a domo nob. Mokrsky, eidem conterminiam, usque ad novam rotundam turrim tempore capitaneatus olim Nicolai Penyezek constructam, et tandem a platea usque ad murum castrensem circularem protensam, quondam curiensi suo dicto Baranek pro servitiis inscriptam, et per eum abbati et monastrio Thinecensi pro animae salute donatam, de manibus dicti abbatis eximere permittit. GL. XIV, 244.

1925. —— *die Ascensionis Dni (15 mai)*. Datae sunt literae episcopo Praemisliensi super nundinas oppido suo Brzozow in terris Russiae, singulis annis pro die s. Francisci (4 oct.). n. XIV, 242.

1926. —— *f. 6 in crastino Ascensionis Dni (16 mai)*. C. rex, ad petionem Petri de Curozwanky, regni thesaurarii, tribunatum Cracoviensem, post resignationem Dobeslai de Zalyessye, Joanni Pothoczsky de Glupczow confert. GL. XIV, 243.

1927. —— „ —— C. rex Creslao de Curozwanky, regni cancellario, stationem in Radomskye ad vitae tempora donat. GL. XIV, 244.

1928. —— „ —— C. rex approbat concordiam, per arbitros Sbigneum, archiepiscopum Gnesnensem, Spithkonem de Jaroslaw, palatinum Sandomiriensem et capitaneum Leopoliensem, factam, inter Andream Warzymowsky cum avunculis et tutoribus eius Nicolao de Brudzow, palatino Siradiensi, et Nicolao Jarandi, filio ipsius, ex una, et Prandotham de Trczyana, ex altera parte, ratione bonorum Rzanthkowo et Quassovyecz, districtus Ravensis praedicto Andreae Warzymowsky in 440 sexagenis inscriptorum. XIV, 246.

1929. —— *sabbato infra octavas Ascensionis Dni (17 mai)*. C. rex testificatur Cristoferum Kalinowski sortem bonorum, post Franciscum Zavoyski, patruum suum, ad se iure propinquitatis devolutam, Bernardo, fratri suo, donasse. GL. XIV, 254.

1930. —— *f. 3 infra octavas Ascensionis Dni (20 mai)*. C. rex Creslao de Curozwanky, regni cancellario, 100 marc. super zuppis Praemisliensibus et 100 marc. super theloneo Grodeczensi ad tempora vitae inscribit. GL. XIV, 260.

1931. *Radom, f. 4. post Pentecostes (28 mai)*. Data est litera super fora annualia in oppido Zwolyen. GL. n. XIV, 250.

1932. *Sandomiria, f. 6 ante Petri et Pauli (27 iun.)*. C. rex et fideiussores sui: Gregorius de Ludbrancz, vicecancellarius regni, Petrus de Paczanow, subdapifer Cracoviensis, Martinus de Skothniki, iudex Sandomiriensis, Joannes Chrasthowski, burgrabius castri Novae Civitatis Corczin, et Jacobus Lipniczski, burgrabius Sandomiriensis, 3000 fl. hung. Joanni Ossolinsky Sandomiriae pro festo Petri et Pauli per annum solvere, in casu vero non solutionis intromissionem rex in castrum et civitatem Lublin cum villis ac fideiussores in bona sua haereditaria dare se obligant. GL. XIV, 250.

1933. —— „ —— C. rex significat Nicolaum de Ostrow, castellanum Byeczensem et capitaneum Lublinensem, in casu non solutionis Joanni Ossolinsky summae 3000 fl. hung. fideiussoribus regiis intromissionem in oppidum Kazimierz cum villis Rzeczycza, Rzeczicka Volya, Usczyancz, Zasczithow, Voysthin et oppidum Wawelnicza cum villis Barthlomyeycze et Tharz dare debere. GL. XIV, 252.

1934. —— „ —— C. rex significat se Joanni Ossolinski 3000 fl. hung. in bonis capitaneatus Lublinensis assecurasse; si vero, summa hac non recepta Ossolinski, se in bona fideiussorum regiorum intromittere voluerit, tunc rex fideiussoribus intromissionem in bona Lublin cum villis dare debebit. GL, XIV, 254.

1935. —— *f. 5 post Visitationis V.M. (3 iul.)*. C. rex Nicolao de Ostrow, castellano Byeczensi et capitaneo Lublinensi, bona Crzessow cum villis pertinentibus dare promittit in casu, si Joannes Ossolinsky aut fideiussores regii se in bona Lublin intromiserint. GL. XIV, 253.

1936. *Sine loco, f. 4 ante Lucae (15 oct.)*. Regia Mtas dedit consensum eximendi bona regalia Dalwin in terra Pomeraniae et districtu Derschoviensi. GL. n. XIV, 261

1937. *Sine loco, f. 4. ante Lucae (15 oct.).* Datus est consensus eximendi bona regalia Gremelin in terra Pomeraniae. n. XIV, 261.

1938. *In conventione Piotrcoviensi, f. 4 post OO. SS. (5 nov.).* C. rex sub castro Olstin, districtus Leloviensis, novum oppidum Olsthinek iure theutonico erigit in 140 mansis, quorum 2 excipit pro ecclesia et 4 pro advocatia, Paulo de Sczekocin, castri tenutario, cum censu de balneo, sexto denario de censu civili et tertio de poenis donata, inque novo oppido forum septimanale singulis feriis tertiis instituit et incolas eius a solutione omnium censuum ad 24 annos liberat. GL. XIV, 258.

1939. —— *f. 6 ante Martini (7 nov.).* C. rex prov. Matthiae Sartor de Cracovia villam Rayskowo districtus Calissiensis, de manibus Nicolai Creza de Zavada exemptam, nob. Alberto Naczyeslawski obligare permittit. GL. XIV, 256.

1940. —— „ —— Datus est consensus nob. Stanislao Lyssowsky ad eximendum bona regalia Lipynky, in terra Cracoviensi et districtu Byeczensi, de manibus nob. Stanislai Schaliewsky. n. XIV, 256.

1941. —— „ —— C. rex 500 fl. hung. debiti Jacobo Syeclyczsky, filiorum suorum incisori, in custodia piscium Cracoviensi inscripserat et postea illam Petro Salomon, consuli Cracoviensi, eximere permisit; nunc vero, acceptis a Salomone 100 fl. hung., hanc custodiam ei iure reemptionis vendit. GL. XIV, 258.

1942. —— *sabbato ante Martini (8 nov.).* C. rex testificatur Nicolaum de Crayow, praepositum Stobnicensem et canonicum Cracoviensem, Paulum de Sborzowa, castellanum Czechoviensem, Andream Golawinski et Joannem Ovadowsky, uti arbitros et amicabiles compositores fecisse divisionem bonorum Petri, vexilliferi Sandomiriensis, Stanislai et Nicolai, haeredum de Wrzesczowska Volya, tali modo, quod, Petrus villam Volya Wrzesczowska, Stanislaus villam Rosdosthow et Joannes villam Pylczycza possidere, Petrus Stanislao 50 marc. solvere, omnes vero fratres sororibus suis Hedvigi, Elisabethae et Barbarae dotes et sponsalia dare debeant. GL. XIV, 255.

1943. —— „ —— C. rex iura et libertates Poloniae Maioris confirmat. GL. XIV, 257.

1944. —— „ —— Datus est consensus Joanni Cosczeleczky, castellano et capitaneo Dobrzinensi, eximendi villas regales Lynye et Caschewo de manibus Jacobi Costhka de Stamberg, tenutarii in Smylowycze. n. XIV, 260.

1945. —— *f. 2 ante Elisabeth (17 nov.).* C. rex inscriptiones super villa Zubrza districtus Leopoliensis in summam 280 marc. redigit et eam in eadem villa Andreae et Joanni Jaczymirskie inscribit. GL. XIV, 262.

1946. —— „ —— C. rex testificatur Paulum Cotholowsky uxori suae ..... de Gagowy 200 marc. dotis et dotalitii super villa Jeszowka inscripsisse. r. XIV, 267.

1947. —— „ —— C. rex Petro episcopo Wladislaviensi villam Rathaye, ad oppidum Uszye pertinentem, de manibus Alberti Pothuliczky eximere permittit. GL. XIV, 273.

1948. —— „ —— C. rex Dobeslao de Curozwanky, palatino Lublinensi, medietatem bonorum Radomskye terrae Siradiensis, de manibus Creslai de Curozwanky, regni cancellarii, eximere permittit. r. XIV, 273.

1949. —— „ —— C. rex eidem Dobeslao de Curozwanky 200 fl. hung. super castro et civitate Crzepiczensi inscribit. r. XIV, 273.

1950. —— „ —— C. rex significat Dorotheam, advocatam in Mleczkovo districtus Radomiensis, cum consensu mariti sui Joannis de Leopoli, dictam advocatiam pro 10 marc. regi vendidisse. GL. XIV, 274.

1951. *Nova Civitas Corczyn, f. 4 ante Barbarae (3 dec.).* C. rex nob. Joannem Czarny rothmagistrum cum comitiva 4 equis et 50 peditibus in servitium accipit. GL. XIV, 261.

1952. —— *sabbato Nicolai (6 dec.).* Consulibus Cracoviensibus data est litera in pergameno super 300 fl. mutuatis, qui pro festo s. Stanislai in maio solvi debent. GL. n. XIV, 261.

1953. ..... Regia Mtas Nicolao de Brudzew, palatino Siradiensi et capitaneo Brzestensi, dedit unas literas, quod quotiens castrum Brzesczye per quempiam oppugnaretur, propria potentia et propriis impensis illud defendere tenebitur. n. XIV, 241.

1954. ..... Data est litera palatinae Duninowa pro debitis super 300 vasa salis et alia quitantia super 100 bancos salis et restituit ipsa palatina literas; si quae vero retentae fuerint, illas rex cum consensu ipsius palatinae in eadem litera sua cassat. n. XIV, 241.

1955. ..... Datus est consensus Nicolao de Brudzew, palatino Siradiensi et capitaneo Brestensi, ad eximendum villas Nakonow et Cruchow de manibus Andreae Oporowsky. n. XIV, 242.

1956. ..... C. rex Nicolao Strzeszowsky, curiensi suo, circa oppidum Strzeszow in fluvio Visloka, duo pontalia: unum versus oppidum Crossno, aliud versus Sanok extruere concedit. XIV, 248.

1970. *Cracovia, dominica conversionis Pauli (25 ian.).* C. rex domum in circulo oppidi Sandecz cum praedio in villa Golampkovycze, post mortem Joannis Cugyelvith, consulis Sandeczensis, ad se devolutas, Jacobo de Dambno, castellano et capitaneo Cracoviensi, donat. GL. XIV, 271.

1971. —— „ —— C. rex donationem castri Dambno cum villis Dambno, Dambyenska Volya, Suchczin, Suchoczinska Volya, Pyerla, Byedolyno, Stircovyecz et Dzyekanowo, districtus Czechoviensis, per Jacobum de Dambno in rem Jacobi de Szekoczyny, nepotis eius, coram iure terrestri Czchovensi, f. 2 ante festum Purificationis V. M. (28 ian.) anno 1488 recognitam confirmat. GL. XIV, 271, 284.

1972. —— „—— C. rex nob. Jacobo Czenyeczsky, rothmagistro benemerito, aream sive domum in oppido Kanthy cum uno laneo agri et libertate ab omnibus censibus, excepta datia, quae vulgariter pomoczne dicitur, donat. GL. XIV, 272.

1973. —— *sabbato Valentini (14 feb.).* C. rex in villa Bukaczowcze, districtus Haliczensis, Joannis Zorawynsky de Chodorowstaw haereditaria, oppidum iure maydeburgensi locare permittit, foraque annualia pro festis Ascensionis Dni et Francisci (4 oct.) et septimanale qualibet feria quinta instituit. GL. XIV, 275.

1974. —— *f. 4 in crastino Matthiae (25 feb.).* C. rex testificatur Jacobum de Szekoczyn, haeredem de Dambno, Barbarae, filiae Raphaëlis de Jaroslaw, castellani et capitanei Sandomiriensis, regni marsalci, consorti vero suae, 3000 fl. hung. ratione dotis et dotalitii, in medietate bonorum suorum inscripsisse. GL. XIV, 277.

1975. —— *f. 2 post Invocavit (9 mar.).* C. rex prov. Sweypoldo Feyol, civi Cracoviensi, plumbifodinas montium in Ilkusz propriis impensis laborare et nova opera varia illic construere, statumque eorum fodinarum in meliorem conditionem deducere permittit, ea conditione, quod medietatem censuum, ex arte, labore et ingenio provenientium, fisco regio solvere debet, aliam vero ipse vel successores illius perpetuis temporibus possidebunt. GL. XIV, 278.

1976. —— *sabbato ante Reminiscere (14 mar.).* C. rex privilegium Casimiri III regis, Cracoviae, f. 5 in vigilia Michaëlis (28 sep.) anno 1357 datum circa locationem villae Schuthkow iure theutonico, postquam originale exustum, copiaque sibi iuramento plebani de Jadownyky et cmethonum confirmata praesentata est, innovat et confirmat. GL. XIV, 280.

1977. —— *f. 6 ante Oculi (20 mar.).* C. rex Andreae Lowynyeczski de Curow censum 5 marc. in praedicta villa inscriptum Joanni Lazanka, vicario perpetuo ecclesiae Sandomiriensis, in 100 marc. obligare et iure reemptionali vendere permittit. GL. XIV, 281.

1978. —— *f. 5 ante Laetare (26 mar.).* C. rex Jacobo Szekoczsky, haeredi de Dambno, bona Woynycz cum villis de manibus Stanislai Jariczowsky et relictae olim Jacobi Herbart eximere permittit. GL. XIV, 282.

1979. —— *mense martio.* C. rex bona Stanislauicze et Crzikouicze, ad castrum Nyepolomycze adiungenda, apud Joannem Amor de Tharnow, palatinum Cracoviensem, pro 1300 fl. hung. emit. XIV, 264.

1980. —— *f. 4 ante Judica (1 apr.).* C. rex, facta ratione cum Czurilo, tenutario in Nyepolomycze, 103 marc. 11 gr. et 5 fl. ei obligatum esse testatur. GL. XIV, 289.

1981. —— *f. 3 post Ramispalmarum (14 apr.).* C. rex testificatur Abraham Byalaczowsky de Coszczelnyky et Stanislavicze una cum consorte Catharina de Gosczyczewicze et fratre eiusdem Nicolao, plebano in Wrzoss, bona sua haereditaria: Cosczyelnyky, Stanislavicze, Volya et sortem in Rzandovicze, districtus Proschoviensis, pro villa Vyeczyska, terrae Sandomiriensis, et 3000 marc. cum Creslao de Curoszwanky, cantore et canonico Cracoviensi ac Gnesnensi, regni cancellario, commutasse. XIV, 286.

1982. —— *f. 5 post Paschae (23 apr.).* C. rex, ad petitionem Gregorii de Ludbrancz, regni vicecancellarii, tribunatum terrae Calischiensis, post mortem Andreoli Gwasko italici vacantem, Martino Borzimowski, viceprocuratori Cracoviensi, confert. GL XIV, 282.

1983. —— *sabbato ante Conductum Paschae (25 apr.).* C. rex villam Cadzycze de manibus Petri Roth de Przybyenicze eximere Creslao de Curoszwanky permittit. r. XIV, 287.

1984. —— *f. 2 post Conductum Paschae (27 apr.).* C. rex testificatur Albertum puperarium suum sibi 100 fl. pro instituendo censu annuali 3 marc. pro praeposito hospitali Radomiensis ven. Stanislao de Stanzicza reposuisse. GL. XIV, 344.

1985. —— *f. 6 Stanislai (8 mai).* C. rex 248 fl. hung. debiti Joanni Czyolek de Zelechow, curiensi suo, in villa Crampa districtus Radomiensis inscribit. GL. XIV, 285.

1986. —— *f. 2 ante Urbani (11 mai).* C. rex venditionem molendini Gazalinsky in fluvio Srzenyawa in Schumnyki monasterio in Mogilno eiusque abbati Bartholomaeo per hon. Ursulam Gozalina de Schumnyki confirmat. GL. XIV, 301.

1987. —— *f. 3 post Stanislai (12 mai).* C. rex nob. Sbrach Hylowicz, terrigenae MDLithuaniae, villas Dorohaszew et Podlesicze, districtus Leopoliensis, sibi obligatas, cuipiam alteri cedere permittit. XIV, 288.

1988. *Cracoviä, f. 4 ante Sophiae (13 mai).* C. rex testificatur Nicolaum cum consorte sua Barbara medietatem villae Superioris Gorzno, districtus Rado Glinno, eiusdem districtus, et 300 marc. cum Joanne Czyolek de Zelechow (XIV, 290.

1989. —— „ —— C. rex testificatur eundem Nicolaum Coszmirzowsk Clementis Byelyensky filiae, uxori suae, 400 marc. dotis et dotalitii in medietat rsow inscripsisse. GL. XIV, 291.

1990. —— „ —— C. rex significat nob. Joannem Czyolek de Zelecho gium, 177 fl. hung. et 4 marc. Nicolao Cossmerzowsky pro festo s. Jacobi (25 i casu non solutionis intromissionem in villam Wrzeszczow dare debere. GL. XIV

